

BIBLIOTECA BLAGA MF

224715 / III

H I 2 1. 400 m 7225

AD preces ſtudentium dum eſſem lector in monte Peſſulano. Et vt fratres pau/perum ſub compendio ſentētias haberēt libri ſententiarum. Ego frater iohānes de Fonte ordinis fratrum minorum per modum ꝯcluſionū ſententialiᷓ diſtincti ones q̄ſlibet eiuſdē voluminis collegi. ⁊ primo primi libri ſubdēs in quibꝰ magiſter a doctoribus non ſeruatur ſeu tenetur.

¶ Veteris ac noue legis.

¶ Diſtinctio prima continet conclu/ſiones decem. Prima ꝙ tractatꝰ ſacre pagine. ſiue continentia veteris ac noue legis verſatur circa res ⁊ ſigna. Et appellat hic res que non adhibentur ad aliquid ſignandum. Signum vero hic dr̄ res que ad ſignandum aliquid adhibetur. Signorum autem quedam ſunt quibus non vtimur niſi gracia ſignandi aliqd. vt ſunt ſacramenta legalia. Quedam ſunt que non ſolum ſig/nificant. ſed etiam conferant ꝙ intus adminiſtrant gratiam. Et hec ſunt euangelica ſacramenta. ¶ Secunda ꝯcluſio ꝙ in libro ſententiarum. primo de rebus. poſtea de ſignis magiſter determinat. ¶ Tercia concluſio. ꝙ ſm̄ Augu. triplex rerum eſt differentia. Nam quedam ſunt quibus eſt fruendum. vt pater filiꝰ ⁊ ſpiritusſanctus. trinitas. vnus deꝰ. Quedam q̄bꝰ vtendum vt eſt mundus. ⁊ que ſunt in eo. Quedam quibus vtitur ⁊ fruitur. vt nos ſumus ſiue creata rationalis. ¶ Quar/ta concluſio eſt ꝙ frui eſt amore inherere alicui ꝓpter ſeipſum Vti vero eſt illud quod ī vſum venerit inferre ad obtinendū illud quod fruēdum eſt. Aliud eſt abuti ⁊ non vti. ¶ Quinta concluſio qđ alio modo dicitur frui vti cum gaudio non adhuc ſpei. ſed iam rei. Vti vero eſt aſſumere aliquid in facultatē volūtatis. Et ita oīs q̄ fruiᷓ vtiᷓ. q̄a aliquid ſumit in facultatē voluntatis non tamen econuerſo. ſcꝫ qui vtitur ꝙ fruatur.
¶ Sexta concluſio ꝙ frui bene perfecte plene & proprie eſt. vbi videbimꝰ per ſpeciem que fruetur. in hac vita aūt fruim̄ ſed non ita plene. ¶ Septima ꝯcluſio nullus ſeipſo debet frui quia non debet ſe diligere propter ſe. ſed propter id quo fru/endum eſt. Vnde apoſtolꝰ fruens philomeno in domino deo potius ꝙ in homine fruebatur. ¶ Octaua concluſio ꝙ deus diligit nos vtendo nobis non fruendo. Ille autem vſus quo deꝰ nobis vtitur non ad eius. ſed ad noſtram refertur voluntatē. ad eius tantummō bonitatem. ¶ Nona concluſio: virtutibus eſt vtendum non fruendum. ipſe tñ virtutes et cetere anime potentie ſūt ꝑ quas fruimur ⁊ vtim̄. ¶ Decīa ꝯclō: priꝰ ē tractandū de rebꝰ quibꝰ ē fruendū. i. de ſcta ac indiuidua trinitate.

¶Hoc itaq;  ¶Diſtinctõ .ij. habet cõcluſiones .iij. ¶Pri-
ma ē q̄ trinitas diuinar; pſonar; ē vnus ſolus
verus deus. ¶Secūda cõclō q̄ in deo ē vnitas eēntie ſeu ſub̄e. et
trinitas pſonar; ſ. pr̄is qui gñat filium et ideo filius nõ ē filius
qui generat a pr̄e. et ideo pater non eſt et .ſſ. qui nec eſt pater
nec filius ſ; patris et filij ſpiritus et vtriq; eq̄lis. ¶Tercia cõclō
q̄ omnes tractatores chatholici qui de trinitate q̄ deus ē ſcri-
pſerunt hoc ſm̄ ſcripturas docē intendunt q̄ pater et filius et
ſſ vnius ſint ſub̄e et eeñe et inſepabili equalitate vnus ſint deus
Vt ſit vnitas in eſſentia et pluralitas in pſonis. et ideo nõ ſũt
tres dij ſed vnus eſt deus.

¶Amplius.  ¶Diſtinctio .iij. cõtinet cõclões .xj. ¶Prima.
q̄ hõ ꝓpter excellentiã q̄ alias creatas ex-
cellit vl' ꝓpter cõuenientiã quã habet cũ omni creatã. dr̄ creatã
mundi et iuuatur ad cognoſcendũ diuinam veritatē a duob'
ſc; a natura que rõnalis eſt. et ab opibus a deo factis. ¶Secū-
da cõclō q̄ deus qui eſt natura inuiſibilis per creaturas ab ho-
mine poteſt ſciri. Quia deus eſt ſuper omnem creaturam. Et
ad hoc adducit magiſter quatuor rationes. Prima ille eſt ſup
omnes creaturas qui poteſt facē quod nulla creatura poteſt
facere. ſ. tale celum aut talem terram que tñ deus fecit. igit̄ deus
eſt ſup omnem creaturã. Secūda ratio omne mutabile neceſ-
ſario eſt et habet eſſe ab immutabili. ſ; omnis creatura tã cor-
poralis q̄ ſpiritualis eſt mutabilis. igit̄ omnis creatura habet
eſſe ab immutabili quod eſt ſup omnem creatura; deus aũt
cum ſit non creatura eſt ſup omnem creaturã. Tercia rõ. q̄a
ſubſtantia eſt melior accidente. et in ſubſtancijs eſt melius eſſe
ſpiritus q̄; corporis. ſ; qui vtrũq; fecit longe eſt melior. ſ; deus
vtrũq;. ſ. corpus et ſpiritum fecit nec ſit creatura quin ſit cor-
pus vel ſpiritus. igit̄ deus longe ē melior omni creatura. Quarta
ratio. quia ſpūalia ſunt magis ſpetioſa et intelligibilia q̄ con-
ſpiciunt̄ q̄ ſenſibilia q̄ ſenſib' corporis cõgnoſcunt̄ et vtraq; ſi
non haberēt ſpēm nihil oĩno eſſent. hãc g° cãm q̄ cauſat eor;
ſpēm que cũ ſit incõmutabilis et eſt ſũma ſpecies et primum
ex quo cuncta facta ſunt igit̄ etc. ¶Tercia cõclō. q̄ deus qui eſt
ſimplex ĩ eeña ex ꝑpetuitate creatura; intelligit̄ eternus. ex ma-
gnitudie ea; oĩpotens. ex ordĩe et diſpoſitione ſapiens. ex gu-
bernatione bonus. ¶Quarta veſtigiũ apparet in qualibet cre-
atã. nam q̄libet creatura ē aliqd̄ vnũ et habet ſpēm ſiue pul-
critudinē et ordinē ſiue amorē ſiue bonitatē. vnitas repñtat pa-
trē. ſpēs ſiue pulcritudo ſeu vitas repñtat fi. bonitas vel ordo
amor ſiue dilectio repreſentat ſpiritumſanctum. ¶Quinta cõ-
cluſio per creaturã contemplatio ſufficiens notitie trinitatis
haberi nõ poteſt ſine doctrine vel interioris inſpiratõis relatõe

¶ Sexta ɔclō in aīa nr̄a eſt memoꝛia intelligentia & voluntas
quoꝝ triū vnū nō eſt alteꝝ· ſ; tn̄ adinuicē referunt· & ſūt eq̄lia
non ſolū ſingula ſingulis· ſ; etiā ſingula oīb; totis· ſūt tn̄ vna
vita vna eſſentia ſicut ⁊ tres pſone in diuinis. Et eſt h̄ ſciend̄
ꝙ memoꝛia non ſolū ē abſentium ⁊ preteritoꝝ· ſ; etiā pn̄tium
Vt dicit Augu· iiii· de trinitate· alioquī nō ſic capet. ¶ Septīa
ɔclō in mente noſtra ita ē ymago trinitatis ſ; exigua· ⁊ talis
que ſūme trinitati ita gerit ſimilitudinē vt ex magna parte ē
diſſimilis. Nam vnus homo habet iſta· ⁊ non eſt iſta tria. Deꝰ
aūt ē tres pſone· & tres pſone ſunt vnus deus ⁊ vna pſona q̄
eſt homo habet iſta tria in quib; ɔſiſtit ymago trinitatis. Tri/
nitas aūt ſūma non ē vna pſona ſ; tres · et in imagine hec tria
non ſunt vnuſ homo· ſ; ſunt vniꝰ hominis. In deo aūt iſta tria
non ſunt vnius dei ſ; ſemꝑ vnus deus. ¶ Octaua ɔclō alio mō
eſt trinitas in aīa noſtra q̄ eſt imago diuine trinitatis· Nam ī
anima nr̄a eſt mens notitia ⁊ amoꝛ ita ꝙ notitia eſt q̄ſi proleſ
genita a mente ſicut a parente· quia mens ſeipſam cognoſcit
ſimiliter notitiam gingnit· amoꝛ aūt de ipſa mente ⁊ notitia ꝓ
cedit· que etiā ſunt equalia in vna ſubſtantia aīe. Et ita mens
hec tria etiā ɔſiderans et eſſentiā in qua ſunt· extendit ſe ad cō
templationem creatoꝛis et videlicet vnitatē in trinitate· et tri/
nitatem in vnitate. ¶ Nona ɔclō· menſ noſtra intelligit vnum
deū eſſe vnā eſſentiam vnū principium et vnum eſſe auctoꝛeꝫ
omnium. Quia ſi duo dij eſſent· vel vterq; inſufficiens eſſ; vel
alter ſuꝑflueret· Et intelligit etiā ꝙ deus habet ſapientiā que
ab ipſo genita eſt· ⁊ quia ſapientiā ſuam diligit: intelligit ibi
etiā ipſe amoꝛem· ¶ Decia ɔclō· credimꝰ pr̄em ⁊ filiū ⁊ ſſ· vni
uerſe creature ɔditoꝛem & rectoꝛē· nec pr̄em eſſe filiū· nec ſſ· vel
ſpiritūſcm̄ pr̄em eſſe: vl' filiū eſſe· ſ; relataꝝ adinuicē pſonaꝝ
¶ Vndecia ɔclō· fides patriarchaꝝ: ꝓphetaꝝ: ⁊ apoſtoꝝ vnum
deū predicant trinitatē in qua ē vnꝰ pr̄· qui ſolus de ſeipſo ge
nuit vnum filiū· ⁊ vnꝰ filius q̄ de vno patre ſolus eſſentialiter
eſt natus· ⁊ vnus ſſ· qui ſolus eſſentialiter a pr̄e ⁊ filio ꝓcedit·

**¶ Hic oritur.**

¶ Diſtinº· iiii· habet ɔclōes tres. ¶ Prima
ɔcedend̄ eſt ꝙ deus genuit deū· ⁊ ꝙ vnus
vnum genuit· nec tn̄ ɔcedendū ē ꝙ genuit
ſeipm̄ deū nec aliū deū. ¶ Secunda ɔclō· deus pater genuit
deū qui non ē pr̄. ¶ Tercia ɔclō· fides tenet· et tres predicat p
ſonas eſſe vnum deū vnam ſubām ſiue eſſentiam ſiue naturaꝫ
diuinā ⁊ vnū deū ſiue eſſentiā diuinā eſſe tres perſonas

**¶ Poſt hec.**

¶ Diſtinctio· v· ɔtinet ɔcluſiones viij· ¶ Pri
ma· pater nec genuit diuinā eſſentiā· nec di/
uina eſſentia genuit filium· & intelligimus
vnum eſſe diuinam naturam· que communis eſt trib; pſonis

et eorum ſingulis. ¶ Secūda ꝯcluſio·ſi pater genuiſſet diuinā
eſſentiam·diuina eſſentia diceret relatiue ad patrem: vel ꝓ re/
latiuo poneret·ſed ꝙ relatiue dr̄ vel pro relatiuo ponit̄ ratō in
dicat eſſentiam ſm̄ Augu· ¶ Tercia ꝯcluſio·ſi pater genuiſſet
diuinam eſſentiam cum deus pater ſit diuina eſſentia eſſet ge
nitor eius rei que eſt ipſe·et ita eadem res ſapientiam genuiſſꝫ
quod Augu·negat· ¶ Quarta concluſio·ꝙ cum pater diuina
eſſentia ſit et ſit deus·ſi ipſe genuiſſet diuinam eſſentiā·ipſe eſſꝫ
et eſſet deus eo ꝙ genuiſſet:et ita genitum eſſet·cauſa gignē
diqꝫ eſſet·ſicut pater non eſt ſapiens ſapientia quam genuit·
quia cum ibi ſapiētia ſit idem ꝙ eſſe genitum cauſa gignēdi
quod Augu·negat. ¶ Quinta ꝯcluſio·pater genuit illud qđ
ipſe eſt·id eſt filium qui eſt illud quod pater eſt · quia qđ pr̄
eſt et filius hoc eſt·ſed ꝙ pater non hoc eſt:ꝙ filius hoc ſit·
¶ Sexta concluſio·cum dr̄ eſſentiam de eſſentia eſſe natam: et
huiuſmōi·intelligendum eſt· ꝙ filius qui eſt eſſentia diuina·
eſt a patre qui etiam eſt eadem eſſentia Similiter dicat̄ ꝙ ſub
ſtantia dei genuit filium·intelligendum eſt:ꝙ ſubſtantia pr̄is
genuit filium·qui eſt de eadem ſubſtantia:& eiuſdem eſſentie
¶ Septima ꝯcluſio filius ſimiliter ſpirituſſanctus non dicunt̄
eſſe de nihilo·ſed de aliquo·ſꝫ tn̄ nec de aliqua materia. Sꝫ filiꝰ
dr̄ eſſe de ſubſtantia patris·quia eſt eiuſdem ſubſtantie cū eo
et ſſ·dicit̄ eſſe de ſubſtantia patris ⁊ filij quia ab vtroqꝫ proce
dit·ita ꝙ eſt eiuſdem ſubſtantie. ¶ Octaua ꝯcluſio·ſolus vni=
genitus dei dr̄ natura filius·quia eiuſdem nature eſt·et eadem
natura cum patre.

**¶ Preterea**

¶ Diſtinctio·vi·ꝯtinet ꝯcluſiones·iij· ¶ Pria·
pater genuit filium non neceſſitate nec volū
tate· ſꝫ volens·et non volens ſicut deus eſt·et tn̄ nō neceſſitate
nec voluntate. ¶ Secunda ꝯcluſio licet in deo·idem eſt ſic eēna
natura et voluntas·non tn̄ ſequit̄ ꝙ ſi natura eſt deus·et ver/
bum dei ē natura filius dei ꝙ ꝓpter hoc ſit voluntate filiꝰ. Sic
licet idem in deo fuit voluntas & preſcientia. Non tamen ꝗc/
quid dicitur de vna·et de altera. Nam preſcīa eſt de bonis ⁊ de
malis·voluntas autem tantum de bonis. ¶ Tercia concluſio·
pater genuit filium volens ſicut ⁊ potens et bonus et ſapiens
ipſum genuit·non tamen voluntate precedenti vel accedenti·
nec coactꝰ nec naturali neceſſitate ductus cum vellet genuit
filium. Et ſic intelligenda eſt prima concluſio.

E

¶Hic ſolet. ¶Diſtinctio vij ↄtinens ↄclu. iiij. ¶Prima ꝙ ſ. ē patrē eſſe non ē aliqd ita poſſe vł velle gn̄are filium non eſt aliquid poſſe vel velle ſubiectum volū tati diuine vel potentie. eſt tn̄ aliqua potētia vel volūtas poſſe vel velle gingnere filiū. ¶Secūda ↄclo eſt ꝙ filius non poſſit generare. non ē ex impotentia ſʒ ex ꝓprietate gn̄atōiſ ſicut paṫ non poteſt eſſe filius. hoc non ē ex impotentia ſʒ ex ꝓprietate generatōis. ſ. qua oportet eum non eſſe filiū. ¶Tercia cōclo. pater ē potens in natura ſiue eſſentia gingnē filium. & eadem potentia ē in filio que potuit gingni q̄ eſt in patre qua potuit gingnere. ¶Quarta ↄcluſio. non eſt aliqua potentia q̄ pater poteſt gingnere ꝛ qua filius poteſt gingni. eſt tn̄ alia ꝓprietas ſiue notio qua pater eſt: genitor eſt ꝛ a'i i qua genitꝰ eſt. Nō ꝙ teneṫ ꝙ potentia generandi dṙ ad quid ꝛ ad aliquid. ſʒ formalius ad aliquid. ſʒ ſm aliquos dṙ ad quid in recto ꝛ ad a'i quid in obliquo.

¶Nunc diuerſitate. ¶Diſtinctio viij. ↄtinet ↄcluſ. ões ix. ¶Prima deus vere ꝛ ꝓprie eſt & dṙ vere & ꝓprie oīs eius eſſentia. ideo nouit pteritum vł futurū. ¶Secunda ↄclo. ꝙ dicimus: deus ſemꝑ fuit eſt et erit. vt etiam intelligaṫ quia nec cepit nec deſinit eſſe. ¶Tercia cō clo. hec verba ſubſtantia diuerſoꝝ tpm de deo dicuntur vt fuit ē et erit non tn̄ tpales motus ea diſtinguunt ſʒ. eſſentiā ſiue exiſtentiā diuinitatis inſinuant. ¶Quarta ↄclo dei ſolius eēntia ꝓprie incōmutabilis dṙ. quia nec mutatur nec mutari poteſt Omnis aūt creatura mutari poteſt deus autem non nec loco nec tpe nec affectione. ꝛ ita ſine mutatione cunctas condidit creaturas. ac ꝑ ↄſequens ꝓprie deus habet ſolꝰ immortalitatē ¶Quīta ↄclo. dīna eſſentia ſiue deus eſt ſolꝰ vere ac proprie ſimplex vbi nec parciū nec accidentiū ſeu quarūlibet formarum nulla eſt diuerſitas ſiue variatio vel multitudo. Creaṫa aūt ē multiplex ꝛ nec vere ſimplex nec corpalis nec ſpūalis q̄uis ſpūalis reſpectu corporalis ſit ſimplex. ¶Sexta ↄclo. aīa ſimplex dṙ reſpectu corporis. qa nō extendiṫ grauedinē ꝑ ſpacium loci. ſʒ in vno quoqʒ corpore ꝛ in toto tota eſt et in qualibet parte eius tota. ¶Septima ↄclo. ꝙ deus dṙ bonus: iuſtꝰ: pius: magnus: ꝛ ita deus dṙ multiplex: non ꝓpter diuerſitatē accidentium vel partiū. ſʒ ꝓpter multitudinem noīm. que licʒ ſint multa. vnū tn̄ ſignificant ſ. diuinam naturā. ¶Octaua cōcluſio. ꝓprie deus non diciṫ ſubſtantia ꝙ ſubſtet bonitati ſire. ſʒ dṙ ꝓprie eſſentia. ¶Nona ↄclo. deus ideo dṙ ſimplex quia ē hoc qd̄ habet excepto qd̄ relatiue quecunqʒ pſona ad alterā diciṫ nec eſt ipſa. nam pater habet filium. ꝛ tn̄ non eſt filiꝰ habet aūt vitam et eſt ipſa vita Unde in deo nō eſt aliud habēs.

3

et aliud quod habetur·ſicut in ceteris rebus eſt aliud habens ꝛ quod habetur·

**¶Nunc ad diſtinctionem.**

¶Diſtinctio·ix·habet cōcluſiones·viij· ¶Prima· pater filius et·ſſ·vnus deus ſunt naturaliter· nec tñ pater eſt filius·nec filius pater·nec·ſſ pater aut filius. ¶Secunda ꝯclō· vna eſſentia eſt patris et filij ꝛ ſpiritusſancti· in qua non eſt aliud pater·aliud filius·aliud ſpiritusſanctꝰ· qm̄uis pſonaliter alius ſit pater·alius filius·alius ſpiritusſanctus. ¶Tercia concluſio·filius eſt genitus a patre:non tñ ante pater ꝙ filius : ſꝫ coeterne ſūt ſibi tres perſone. ¶Quarta ꝯcluſio·ſicut ſplēdor qui generatur ab igne:coeternus eſt illi : et eſſet coeternus ſi ignis eſſet coeternus·ſic & filius eſt coeternus patri. ¶Quita concluſio·cum patrem dicis etiam eius filium:deſignaſti·qa nemo ſibiipſi pater eſt:cum filiū noīas:etiam patrem fateris· quia nemo ſibiipſi filius eſt·igitur nō filius ſine patre:nec pater poteſt eſſe ſine filio·ſemper igitur pater ſemper & filius ē· ¶Sexta concluſio·generatio filij dei eſt ineffabilis· quia intelligi ad quēq̄m mortalium non poteſt·ſed aliquid poſſet intelligi & dici. ¶Septima concluſio·filius ſemper naſcitur de pr̄e· ſed congruentius dicitur ſemper natus. ¶Octaua concluſio· ſemper confitemur natum vnigenitum deum ante tempa· nō ante eſſe ꝙ natum·nec ante natum ꝙ̄ eſſe

**¶Nunc poſt filij eternitatem·**

¶Diſtinctio·x·habet cōcluſiones iij· ¶Prima·ſpiritusſanctꝰ eſt amor ſiue caritas ſiue dilectio patris et filij· ꝙ pater ꝛ filius ſeinuicem ꝛ nos diligūt ¶Secunda cōcluſio·in trinitate caritas:qñqꝫ refertur ad ſubſtantiam:vel ad eam que cōmunis eſt trium perſonarum : et tota in ſingulis:aliqñ ſpetialiter ad perſonam ſpiritusſancti de ſubſtantia dei proprie.aliqñ pro ſubſtantia diuina · aliqñ pro filio proprie accipitur. ¶Tercia concluſio.in trinitate ·ſſ· ſpetialiter dicit̄ caritas:que eſt patris et filij vnio·ita ꝙ nomen tenet proprie quod patri et filio communiter congruit.

**¶Hic**

¶Diſtinctio·xi·habet cōcluſiones·iij·¶Prima ſpiritusſanctus procedit a patre ꝛ filio · et hoc dicunt doctores latini. ¶Secunda concluſio·greci dicunt : ſpiritumſanctum tantū procedere a patre:et non a filio·licet ipſum concedant ſpiritum eſſe filij . ¶Tercia concluſio·cum dicitur·qui aliud docuerit vel predicauerit anathema ſit. Intelligendum eſt hoc pro oppoſito·id eſt qui contrarium docuerit:ꝛ contrario modo predicauerit:anathema ſit.

¶ Item queritur· ¶ Diſtinctio xij· cōtinens ꝯcl'o s tres·
¶ Prima ꝯcl'o· querit vtrū ſſ prius ꝓcedat a patre q̄ȝ a filio. Dicend' ꝙ qui poteſt intellgē ſine tp̄e gn̄atione filij de p̄re intelligat ſine tp̄e ꝓceſſionē· q̄a nihil ibi ex tp̄e incboat. ¶ Secunda ꝯcl'o· ſicut ſſ· non ante ꝓceſſit a p̄re q̄ȝ a filio ita nec magis nec plenius ꝓcedit a patre q̄ a filio ¶ Tercia ꝯcl'o· ꝙ cū Augu· dicit· ꝙ ſſ ꝓcedit principalit̄ a p̄re Hiero· dicit· ꝙ procedit a patre ꝓprie. Et ſm Hila· ſſ· dr̄ a p̄re mitti ꝓpter filium· ꝛ a p̄re eſſe ꝑ filium· intelligendū ē & dcīm quia ꝙ ꝓcedit a patre hoc habet pr̄ a ſe· ꝙ aūt ꝓcedit a filio vel mittat̄ ab ipſo· hoc habet fili⁹ a patre quia gignēdo filiū ei dedit ꝙ ab ipſo ꝓcederet ſpiritusſanct⁹

¶ Poſt hec cō/ſiderandum. ¶ Diſtinctio· xiij· ꝯtinet ꝯcl'oes· vj· ¶ Prīa ꝯcl'o· ꝙ· ſſ· licet procedat a patre ꝛ ſit de ſub̄a patris ſicut ꝛ filius non tn̄ dr̄ nat⁹ ſiue genitus· ꝛ ideo nec dr̄ filius. Et ratio eſt· quia ſi ſſ diceret̄ filius· diceret̄ filius amboꝝ ſcȝ patris ꝛ filij· filius aūt null⁹ eſt duoꝝ· ſed patris & matris. ¶ Secunda ꝯcl'o· ſpiritusſanct⁹ ꝓ/cedit a patre· & filius procedit a patre ſed diſſimiliter quia· ſſ· procedit a patre non quia natus ſed q̄m datus ſiue vt donū· filius aūt procedit a patre vt natus ſiue vt genitus· & ideo ·ſſ· non dicitur filius. ¶ Tercia ꝯcl'o· ſſ· non dr̄ filius quia non eſt natus ſicut vnigenitus neqȝ factus vt ꝑ dei gratiam in adoptionem naſceret̄ ſicut ꝛ nos· ¶ Quarta ꝯcl'o· non omne qd' pro/cedit naſcitur· q̄uis omne quod naſcit̄ procedat· hic dicit Au/guſtin⁹ ſcio diſtinguere ħ inter gn̄ationem illā ꝛ hanc neſcio ſed ſufficit ꝙ filius non eſt a ſeipſo ħ a patre· ſſ· non eſt a ſeipo ſed ab vtroqȝ procedit· ¶ Quinta ꝯcl'o· ſſ· ſm Augu· nō debet dici genitus ſiue natus· nec debet dici ingenitus quia ſi diceret̄ genitus tunc eſſent duo filij in deo· ſi aūt diceret̄ ingenit⁹ duoſ patres affirmare videremur quod eſt inconueniens. ¶ Sexta ꝯcl'o ħ· Hiero· ſſ· dr̄ ingenitus· ħ Hiero· accipit ingenitum q̄ſi non genitum. Sed vt ſic ſſ· dr̄ ingenitus· i· non genitus. Augu· aūt accipit ingenitum pro illo qd' ab alio nō eſt· ꝛ ſic ħ de ſo/lo p̄re dr̄ non de· ſſ· intellige qui ab alio non eſt· i· nō ab alio

¶ Preterea diligenter. ¶ Diſtinctio· xiiij· habet ꝯcl'oes· v· ¶ Prīa eſt gemina ē ꝓceſſio· ſſ· vna eterna qua a p̄re ꝛ filio eternaliter et ſine tp̄e proceſſit Alia tp̄alis qua a p̄re ꝛ filio cōiter ſimul licet ħ filius habeat a p̄re in tp̄e procedit ad ſingnandū crea/turam. et hec proceſſio dicitur miſſio. ¶ Secunda ꝯcluſio hāc temporalem proceſſionem chriſtus inſinuauit cū exſufflauit & dixit accipite ſpiritumſanctum Io· xx ꝛ ipſe eſt illa virtus



219

que de Xpo exibat et ſanabat omnes. Luce. viij. ¶ Tercia con
cluſio. ꝙ dominus Iheſus xps vt oſtenderet hanc tpalem ꝓ=
ceſſionem ſpirituſſancti non eſt aliud ꝙ donationem bis poſt
reſurrectionem ipſum dedit ſemel in terra propter dilectionē
proximi. ⁊ iterum in celo propter dilectionem dei. ¶ Qrta
concluſio: ſpirituſſanctus qui eſt equalis patri et filio nobis
dedit eius dona. licet aliqui qui dixerunt: & male. ꝙ ipſe non
datur. ſed eius dona que non ſunt ipſe. ¶ Quinta concluſio.
apoſtoli & veri ſancti et prelati eccleſie non dant nec dare pñt
ſpiritumſanctum. nec autoritatem dandi habent. licet miniſte
riū ſiue autoritatem habeant in quo dat a deo ſpirituſſanct9

¶ Diſtinctio. xv. continet con
¶ Hic conſiderandum. cluſiones. vij. ¶ Prima: tpalis
ſpirituſſanctus procedit: dat:
mittitur a patre ⁊ filio: etiam a ſeipſo. Spiritus enim ſanct9 eſt
deus. ⁊ eſt donum. inquantum eſt deus dat ſeipſum vt eſt donū
nec ex hoc eſt minor patre vel filio qui datur. ¶ Secunda con
cluſio. ſi ſpirituſſanctus non poſſet ſeipſum dare. et pater et fi
lius poſſet eum dare. pater aliquid poſſet ⁊ filius: qđ nō poſſ;
ſpirituſſanctus. ⁊ aliquid poſſet pater operari ⁊ filius qđ nō
ſpirituſſanctus. que ſunt inconuenientia. quia opera trinitat9
ſunt indiuiſa. temporaliter igit ſſ. procedit a ſe: & mittitur a ſe
quia datur a ſe. ¶ Tercia concluſio. pater nunꝗ legit miſſus
ſed filius ⁊ ſpirituſſanctus. Dicitur aūt filius miſſus a patre
et a ſpirituſſancto ⁊ a ſeipſo. et illa miſſio fuit in incarnatione
ħ ꝙ factus eſt homo. per quod viſibilis apparuit: quod ē op9
ꝯmune patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti. ¶ Quarta concluſio. cum
filius dicit Ioh. viij. Amen ipſe non veni. hoc dictum eſt ħ. for
mam ſerui ħm quam non eſt operatus incarnatōnem. ſed ħm
formā dei. ¶ Quinta concluſio. ꝙ filius dei poteſt eternam ge
nituram ħm quam miſſus dici poteſt. vel melius ⁊ verius ħm
eam dicitur genitus. duobus modis mitti dr. vel cum viſibilit
mundo apparuit in carne. vel cum inuiſibiliter mente pcipit.
Primo mō dr miſſus in mundum vt ſit homo. & hoc mō miſ
ſus ſemel tm. Secundo mō mittitur ꝯmuniter. ⁊ miſſus eſt vt
non ſit homo. ſ; vt ſit cum homine. & hoc mō non mittitur ad
ꝓphetas ad angelos ⁊ ad ſanctos. ¶ Sexta ꝯclo. licet pr ex ope
aliquā cognoſcatur ſicut filius non tm dr miſſus. quia in pre
eſt autoritas principij. quia eſt principium filij & ſſ. ¶ Septīa
concluſio. pater non dicitur miſſe filium vel ſpiritumſanctum
quia ille ſit maior ⁊ illi minores. ſicut quidam heretici putaue
runt. ſed propter commendandam autoritatem principij qa
pater non inuiſibilis creatura apparuit ſicut illi

I

**Nunc de ſpiritusſancto.** Diſtinctio xvi habet cõcluſiones vii. Prima duplex proceſſio eſt ſpiritusſancti. vna eterna: ⁊ illa ꝓcedit a pr̃e ⁊ filio ⁊ non a ſeipſo. Alia tpalis qua dicitur miſſio ſiue donatio. Et hͤ eſt duplex. vna eſt viſibilis: vt qñ apparuit ĩ creaura viſibili. vt in die penthecoſtes in ſpecie columbe. Alia eſt inuiſibilis: qñ mentibus fidelium inuiſibiliter illabitur. & illa duplici donatione non ſolum datur a patre ⁊ filio. ſed etiam a ſe ipſo. Secunda ꝯcluſio: filius etiam duobus dicit̃ mitti. Vno modo quo viſibiliter apparuit. Alio mõ quo inuiſibiliter caſtis mentibus ꝑcipitur. Tercia concluſio: ſpiritusſanct⁹ licȝ in ſui natura nõ videatur: viſibiliter tamen mittitur. Quãta concluſio. ſpiritusſanctus non magis in illis creaturis appere dicitur qȝ in alijs: ſed per eas oſtenditur ꝙ ſpiritusſanctus eſt in illis ad quos dicte creature veniunt. Quinta concluſio. aliter filius aſſumpſit creaturam in qua apparuit. et aliter ſſ. Filius eam aſſumpſit ſicut punionem. ſpiritus autem ſanctus non. filius accepit hominem. ita vt fieret homo ſpiritusſanct⁹ accepit culumbam ita vt non fieret columba. ⁊ ideo filius dr̃ minor patre ſꝫm naturam aſſumptam. non autem ſpiritusſctus. Sexta concluſio. filius ſꝫm formam dei eſt patri equalis. ſed ſꝫm formam ſerui eſt minor patre et ſpiritusancto. ⁊ tũc ſeipſo. Septima concluſio. ſꝫm Hilarium. pater eſt maior filio. fili⁹ tamen non eſt minor patre. nam donans maior eſt: ſed minor iam non eſt cui vnum eſſe datur.

**Iam.** Diſt. xvii ꝯtinens ꝯcl'oes vi. Pria: ſſ. deus ẽ ac trin⁹ in trinitate ꝑſonaꝝ a pr̃e & fi. ac a ſeipo temꝑaliter procedit. id eſt mittitur et donatur fidelibus. Secunda concluſio ſpiritusſanctus eſt amor patris et filij: qua ſe inuicem diligunt et nos. Tercia concluſio: ſpiritusſanctus eſt amor ſiue caritas qua nos diligimus deum et proximum. quia tunc dicitur dari ſiue mitti nobis. quia ita eſt in nobis vt nos faciat diligere deum et proximum. et qui diligit ipſam dilectionem diligit deum. quia ipſa dilectio de⁹ eſt ſcilicet ſpiritusſanctus. Quarta concluſio deus dicitur ſpes noſtra & pacientia noſtra. nõ ꝙ ipſe ſit iſta. ſꝫ quia iſta ſunt ab eo. non autem deus dicitur caritas iſto modo. ſed quia ipſe eſt caritas ipſa. Quinta concluſio: caritas que eſt ſpiritusſanctus in ſe nõ ꝑficit et deficit. ſꝫ quia deus eſt homo in ea ꝑficit & deficit aliqñ ſic eſt: de⁹ dr̃ magnificari exaltari in nobis non in ſeipſo. Sex. ꝯcl'o. ſſ. opat̃ in nob actũ credendi et ſꝑandi mediãtib⁹ vtutib⁹ ſpei et fidei. actũ vero diligẽdi opat̃ in nobis ſiue act⁹ virtutis. ⁊ patet ex dictis ꝙ mgr̃ non ponit caritatem creatam ꝑter actũ diligendi doctores ponũt hitum caritatis creatum.

220

5

Hic queritur.

Diſtinctio xviij habet ↄcl'oes x.

Prima per donum quod eſt ſpiritusſanctus dona dant̄ ⁊ diuiduntur non tm̄ ſinguli habēt oīa dona ſed hy illa alij alia ꝗuis omnia habent ſpiritumſanctū ipm donum .i. ſpiritumſanctum a quo pro ut vult vnicuiqꝫ diuiduntur. Secunda ↄcl'o .ſſ. dicitur donum ⁊ datum ſꝫ donum ab eterno quia procedit a patre ⁊ filio datū aūt ex tpe quia datur nobis. Tercia ↄclusio .ſſ. in eo ꝙ ꝓprie dr̄ .ſſ. relatiue intelligitur quia ad patrem ⁊ ad filium refertur ſꝫ ipſa relatō non apparet in hoc nomine ſꝫ apparet cū dr̄ donum dei Quarta ↄcluſio ꝓprietas qua dicitur .ſſ. vel donum ipa proceſſio eſt quia ab eterno procedit a patre ⁊ filio vt donū ſiue vt donabile. Quinta ↄcluſio filius procedit a patre vt genitus ⁊ vt donū ſiue donatio .ſſ. aūt a patre ⁊ filio procedit nō vt genitus ſed vt donum ſiue vt donabilis aliter tanꝙ filius. Sexta ↄcluſio ſicut filius naſcendo accepit non tm̄ vt ſit filius ſꝫ omnino vt ſit ⁊ vt ipſe ſubſtantia ſit ita .ſſ. a patre et filio procedendo accepit non tm̄ vt ipſe .ſſ. ſit ſed etiam vt omnino ſit ⁊ vt ſubſtantia ſit ꝙ non accepit ex eo ꝙ datur quia nō dat̄ niſi ex tpe. Septia ↄcluſio de patre ḡnatio preſtat eſſentiam filio non ꝙ eſſentia ſit filius ſm natiuitatē tm̄ ſed ꝙ naſcendo eſſentiā habeat eādeꝫ ⁊ totā que ē in pr̄e. Octā ↄcl'o ꝓceſſio a pr̄e ⁊ fi. p̄ſtat eſſentiā ſpirituiſcto nō ꝙ eeña ſit .ſſ. ſꝫ ꝓpetate pſonali ſꝫ quia ꝓcedendo habet eeñam eādem ⁊ totaꝫ que ē in pr̄e Nona ↄcl'o .ſſ. ſm hoc ꝙ ſempiternū donū ē refert̄ ad pr̄em ⁊ filiū ſm vero ꝙ dr̄ datū vel donatū refert̄ ad deū: q̄ dedit ⁊ ad eos quibꝰ dedit ⁊ dr̄ eſſe eiꝰ q̄ dat ⁊ illoꝝ quibꝰ dat̄. Decia ↄcl'o filiꝰ dr̄ panis noſter ⁊ redemptoꝛ noſter: ⁊ huiuſmōi nō tm̄ dr̄ filiꝰ nr̄ ſꝫ patris tm̄ inquantū vero nobis eſt datus refert̄ etiā ad deū qui dedit ⁊ ad eos quibꝰ datꝰ eſt.

Nunc poſtꝗ.

Diſtinctio xix habet ↄcluſiones viij

Prima eſt ſm fidem catholicam tres perſone diuine coeterne ſunt et coeq̄les Secunda ↄcluſio nulla diuinarum perſonaꝝ aliā procedit trinitate: aut excedit magnitudine: aut ſupat poteſtate. Tercia cōcl'o licet iſta tria .ſ. eternitas: magnitudo: poteſtas diu'ſa monſtrent in deo tamen vnum ⁊ idem ſunt ſicut diuina eſſentia ſimplex et incommutabilis. Quarta ↄcluſio pater non ē maioꝛ filio nec pater vel filiꝰ maioꝛ ſpiritusſancto nec aliquid magis due perſone ſunt ſimul ꝗꝫ vna nec tres ſimul magis aliquid ꝙ̄ due nec maioꝛ eſt eſſentia in tribꝰ ꝙ̄ in duabus: nec maioꝛ in duabꝰ ꝙ̄ in vna quia tota eſt in ſingulis. Quinta cōcluſio pater eſt in filio ⁊ filius in patre ⁊ ſpiritusſanctus in vtroqꝫ ⁊ ſinguli in ſingulis propter diuine nature vnitatem

Sexta conclusio·aliqua trium pſonaꝝ non eſt pars dei vel diuine eſſentie ꝙ ſingula eoꝝ·et plenus deus ē ⁊ tota ⁊ plena eſſentia diuina eſt·et igit̃ nulla iſtarum in trinitate pars eſt·
Septima ꝯcluſio·tres pſone dicuntur vna eſſentia· non ſꝫm materialem cauſam·vt tres ſtatue vnum lignum· nec ſꝫm cō/plexionis ſimilitudinē·vt tres homines vnius nature vl' ſexus neqꝫ vt gen⁹ predicat̃ de ſpeciebꝫ· nec vt ſpecies de indiuiduis neqꝫ vt continens de contentis·neqꝫ vt maius de minoꝛibus·
Octaua ꝯcluſio:deus dr̃ trinus ſiue trinitas· nō aūt triplex dr̃ eſſe·et non:quia in trinitate ſūma tm̃ eſt vna pſona q̃tum eſt ſimul:q̃ntum due q̃ntum vna ⁊ in ſe ⁊ infinite ſunt· quia non eſt finis magnitudinis earum

## Nunc oſtendetur·

Diſtinctio xx·ꝯtinēs ꝯcl'oes·iiij

Prima ſicut trium pſonaꝝ ſcꝫ patris et filij ⁊ ſſ·eſt vna ⁊ indifferens magnitudo ita ⁊ earum eſt vna ⁊ indifferens potentia· Secunda ꝯcluſio·pater non eſt potentioꝛ filio vel ſpirituſancto·nec vna pſona eſt poten/tioꝛ alia·nec pater plus poteſt ſimiliter ⁊ filius ꝙ ſolus· ſſ nec hy tres ſimul plus poſſunt ꝙ ſinguli eoꝛum. Tercia ꝯcluſio: omnipotentia quam habet pater· ⁊ filius accepit naſcendo ⁊ ſſ·procedendo. Quarta ꝯcluſio:nō ideo pr̃ nō eſt maioꝛ filio quia equalem genuit·quia ad oꝛiginem ptinet non ad equalitatem.cū em̃ dicitur filius a patre genitus·non oſtendit̃ equalitas ſubſtantie:ſed oꝛdo nature·non quo alter prioꝛ ſit altero non em̃ ſꝫ·hoc ꝙ pr̃ genuit:⁊ filius genitus eſt:et ſſ ab vtroqꝫ procedit equalitas vel inequalitas ibi exiſtit

## Hic oꝛitur·

Diſtinctio·xxj ꝯtinens concluſiones·vj

Prima eſt:ꝙ cum dicitur · ſolus pater· non dicitur quia ipſe ſit ſolus·id eſt ſine filio et ſpirituſancto· per hoc filius ⁊ ſpirituſſanctus a paternitatis conſoꝛcio excluduntur. Secunda concluſio:cum dicitur ſolus filius ē fili⁹ vel ſolus ſpirituſſanctus eſt ſſ·non dr̃ filius a patre vel ſſ· ab vtroqꝫ·ſꝫ a conſoꝛcio filialis ꝓprietatis excludunt̃ pater et ſſ· ⁊ a conſoꝛcio ꝓceſſitatis ꝓprietatis pater ⁊ filius. Tercia ꝯcl'o· licet ꝓpe dicatur·ſolus pr̃ eſt pater·et ſolus filius eſt fili⁹· nō tm̃ dr̃·ſolus pr̃ eſt deus.nec econuerſo ſolus deus eſt pater·.nͨ dr̃ ſolus filius eſt deus. Similiter de ſſ·idem dicim⁹. Quarta ꝯcl'o·q̃a pr̃ ⁊ fili⁹ et ſſ·ē vnus ſol⁹ deus:et econ̄ſo vnus ſolus de⁹ ē pr̃ et filius et ſſ·et trinitas eſt vnus ſolus deus· non intēdimus ꝙ ipſa ſint creata·ſꝫ ꝙ nulla creatura eſt de⁹. Sexta ꝯcluſio·cum nominat̃ vna pſona diuina alie intelligunt̃.vnde cum dicitur nemo nouit patrem niſi filius : inde non ſepatur pater et ſpirituſſanctus et eſt vera vniuerſaliter iſta·igitur q̃n nominat̃ quo ad illud quod ſibi non eſt proprium

Post predicta. Distinctio xxii continet conclusiões iiij.
Prima q̄ noĩm que de deo dicunt̃ sex sunt differentie Nam quedã sunt notionabilia siue ꝓprietatẽ pſonaꝝ ſignificãtia vt gñatio verbũ filiꝰ et huiusmõi Quedã eſſentialia q̃ de pſonis ſinglis dicunt̃ ſigillatĩ ⁊ de oĩbꝫ ſimul vt ſapĩa: virtus: veritas et huiuſmõi Quedã dicta tranſlatiẽ ac p ſilitudinez de deo. vt caracter ſpeculum ⁊ hꝰmõi Alia ſunt noĩa dicta de deo ex tp̃e ⁊ relatione ad creaturã quoꝝ quedam dicunt̃ de omnibus pſonis vt deus: creator et hꝰmõi Quedam vero de omnibus vt datus miſſus Alia dicunt̃ ⁊ de deo ex tp̃e ſ₃ nõ relatiue ad creaturam vt incarnatio homana hoc intellige ſ₃m vocẽ q̃a ſ₃m rem reſpectum includit Aliud eſt nomen qd̄ dr̃ de omnibus ſimul ⁊ de nullo ſigillatim: vt trinitas qd̄ non dr̃ ſ₃m ſubam ſ₃ quaſi collectum ⁊ pluralitatem deſignat. Secunda cõclo illa noĩa q̃ ꝓprie ptinent ad ſingulas pſonaſ dicunt̃ relatiẽ ad inuicẽ: nõ ſubaliter. Tercia cõclo illa noĩa q̃ vniatẽ eẽntie ſignificant ad ſe dicunt̃ ⁊ illa q̃ ad ſe dicunt̃ ſubaliter dicunt̃ et de q̃libet pſona ſigillatĩ et de omnibꝫ cõiter ⁊ ſingulariter non pluraliter: vt deus bonus magnus ⁊ huiuſmõi. Quarta cõclusio q̄ in diuinis ad aliq̃d dr̃ nõ ſolũ ſubaliter ſ₃ relatiẽ dr̃

Predictis. Distinctio xxiii continens cõclusiones vij
Prima cõclo pſona dr̃ ad ſe ⁊ dr̃ ſ₃m ſubſtantiã ſigillatim dr̃ de qualibet perſona Nam prẽ eſt pſona filius ẽ pſona ſs eſt pſona ⁊ tñ non dicunt̃ vna pſona ſ₃ tres pſone. Et notandũ q̄ magiſter ⁊ Auguſ. loq̄cunt̃ de tp̃e quo nomen perſone non erat publice impoſitum ad ſignificandũ relatõem vt aũt ſignificant rem relatiuã licet in iſta gñalitate eam nõ ſic importet q̄ habeat correlatiuum vt relatio. Secunda cõclo ab illa regula q̄ illa noĩa q̃ ſubaꝫ ſignificant dicunt̃ ſigillatim de omnibꝫ pſonis ⁊ ſimul in ſingulari excipit̃ non en pſone qd̄ de tribꝫ ſimul nõ dr̃ in ſingulari ſ₃ in plurali. Tercia cõclo q̄ greci dicũt ẽ ſuba ac rem yꝑoſtaſ ⁊ vnã eſſentiã nos latini dicimuſ vnã ſubam vnã eſſentiam et tres pſonas Quarta cõclo non dicimus tres deos q̃a ſcripĩa contradicit nec dicimus tres eſſentias vel ſubas ne in ſũma eq̃litate vlla intelligat̃ diũſitas Dicimꝰ aũt tres pſonas q̃a ⁊ ſcripĩa nõ dicit non tñ ɔ̃dicit et ne in deo intelligeret̃ ſingularitas vel ſolicitudo ſ₃ vnitas ⁊ trinitas. Quita cõclo deꝰ nõ ẽ ɔfitendꝰ ſingularis q̃a ſingularitaſ vl̃ ſolicitudo pſonaꝝ ꝑſonalitatẽ excludat nec diuerſis diũſitas vnitatẽ tollit eẽñe Sexta cõclo in trinitate nulla eſt diuerſitas. Et ſi aliq̃ñ inueniat̃ dici tres diũſe pſone diũſe dicit diſtinctas. Septĩa cõclo quia in deo non ẽ diuerſitas nec multiplicitas deꝰ non ẽ ſic dicendus multiplex: ſed trinus et vnus

¶ Hic diligenter. ¶ Diſtinctio·xxiiij·habet conclões·ix
¶ Prima cū dr̄ vnus de⁹·multitudo
deoꝝ excluditur nō nūi· qn̄titas in diuinitate ponit̄. Sil̄r cū
dr̄ vnus pr̄ vel vn⁹ filius ⁊ h⁹mōi. Ratio ē·q̄a non ſunt multi
pr̄es vel mlti filij·ita de ſilibꝫ. ¶ Secūda ꝯclō·cū dr̄ plures eē
pſonas in deo vl̄ pluralitatē pſonaꝝ ſingularitatē atqꝫ ſolitu
dinē excludimus nō diuerſitatē vel multitudinē imponimus
¶ Tercia ꝯclō·cū dicimus tres pſonas noīe trinarij·non quā
titatē nūi in deo ponimus·vel aliquā diuerſitatē · ſꝫ ꝙ non tm̄
eſt ibi hec pſona vel illa vel illa·ſꝫ hec ⁊ illa ⁊ illa & non illā ſi
gnant. ¶ Quarta ꝯclō·cū dicimus·duo ſunt pr̄ ⁊ fili⁹ nō dua
litatis qn̄titatē ponimus ibi· ſꝫ hoc ſignificamus ꝙ non ē tm̄
pr̄ nec tm̄ fili⁹·ſꝫ pr̄ ⁊ filius·⁊ h̄ non eſt ille. ¶ Quinta conclō
cū dr̄ diſtincte ſunt pſone·vel diſtinctio ē in pſonis ꝯfuſionē
atqꝫ ꝯmixtionē excludim⁹·et hanc non eſſe illā ſignificatur·
¶ Sexta ꝯclō·cū dr̄ alia & alia pſona ·nō diuerſitatē imponi⁹
ſꝫ ꝯfuſio ſabelliana excludit̄. ¶ Septīa ꝯclō·ꝙ eo mō ibi accipi
tur diſtinctio q̄ diſtinctio ꝯgrue dr̄ ibi eſſe·vel diſtinctio non
diūſitas vel diuiſio ſiue ſepatio. ¶ Octā ꝯclō·cū dr̄ ·trinitas·
idē ſignificari videt̄ ꝙ tres pſone·⁊ ſicut non pt̄ dici pr̄ ē tres
pſone·ita nō pt̄ dici pr̄ eſt trinitas. ¶ Nona ꝯclō·cū Yſidorus
dicit vnitas ē ſigl̄aris accipit ſingulare ꝓ eo ꝙ alij dicunt vnū
Cū vō dr̄ trinitas ē mltiplex ⁊ nūabilis·accipit mltiplicitatē
⁊ numerabilitatem ſicut alij dicunt trinum

¶ Preterea· ¶ Di·xxv·ꝯtinet ꝯclōem·i· ¶ Que ē nomē p
ſone in trinitate triplicē tenet rōem Eſt pſona enī primo vbi
facit intelligentiā eeñe vt cū dr̄ pr̄ eſt pſona fili⁹ ē pſona ſſ̄ē
pſona.i·eeña eſt. Secundo vbi facit intelligentiā ypoſtaſ ſiue
ſubam ſm grecos·vt cū dr̄ alia ē pſona pr̄is alia filij alia· ſſ·
id ē alia ypoſtaſ ē pr̄is alia filij alia ſſ·ſiue alia ſuba ſ· grecos
Tercio vbi facit intelligentiā ꝓpetatis·vt cū dr̄·ali⁹ ē in pſona
pr̄ alius fili⁹·i·ꝓpetate ſua pr̄ alius ē q̄ filius· & filius ſua ꝓpe
tate alius ē q̄ꝫ pr̄·pr̄nali enī ꝓprietate diſtinguit̄ ypoſtaſ pr̄is
ab ypoſtaſi filij·⁊ ypoſtaſ filij filiali ꝓprietate diſcernit̄ a pr̄e·
Et·ſſ·diſtinguit̄ ab vtroqꝫ ꝓceſſibili ꝓprietate·

¶ Nunc etiam· ¶ Diſtinctio·xxvi·ꝯtinet ꝯcluſiones·ix·
¶ Prīa·noīe ypoſtaſ nō dicit eē vtend̄
ꝓpter hereticos q̄ eo male vtebant̄ ⁊ q̄a tūc nō erat in vſu nūc
autem dicimus eſſe ypoſtaſes id eſt tres pſonas. ¶ Secunda
ꝯcluſio·cum tres ꝓprietates ſiue notiones triū pſonaꝝ.quaꝝ
vna non eſt alia; ſcilicet generatio ſiue paternitas: natiuitas
ſiue filiatio et proceſſio·quas proprietates illa notitia perſo
narum deſingnans·ſcilicet pater et filius et ſpiritusſanctus

¶ Tercia cõcl'o· illa noĩa pater filius ⁊ ſſ· relatiua ſunt ⁊ adſe inuicem dicunt· q̃a notant relatões que non ſunt deo acciden tales· ſed in ipſis pſonis ab eterno ſunt immutabilit̃. ¶ Quar̃ cõcl'o· non omne qd̃ de deo dr̃ ħm ſubam dr̃. Nã quedã de deo dicunt̃ ħ· ſubam· q̃dam ħ· relatõem· nihil aũt ħ· accidens ⁊ pꝓe tas· patris eſt ꝙ habet filium· et ꝓprietas filij eſt ꝙ habet pa- trem· ¶ Quinta cõcl'o ꝓꝓm eſt nato deo quod eſt dei filius· eſt eñ verus ⁊ ꝓprius filius origine ſeu ꝓprietate originis: nõ ad optione veritate: non nuncupatõe natiuitate nõ creatõe· alio modo hoĩes dei filij dicunt̃ factura vel adoptõe vl' natiuitatis ꝓprietate. ¶ Sexta cõcl'o· licet ſint multa dona dei ſpiritusſcti· tñ iſta ꝓprietate inuiſibilis eĩna· donũ eſt ſic̃ filiꝰ ꝓprietate fi- lius eo eñ donũ dr̃ ꝙ ſſ· ſic̃ ⁊ vtroqꝫ noĩe relatiẽ dr̃ licet ipa re latio nõ ita appeat in hoc noĩe ſſ· ſicut in ħ noĩe donũ ¶ Septĩa cõcl'o trinitas pt̃ dici ſſ q̃a eſt ſpritꝰ et ẽ ſcts· ꝫ tunc ſſ· relatiue non dr̃· ꝫ ħ· eẽntiam· q̃a ꝓprie ſſ· non ẽ trinitas· ꝫ in trinitate dr̃ relatiẽ. ¶ Octã cõcl'o licet ſſ· dicat̃ relatiẽ ad p̃rem ⁊ ad filiũ· nõ tñ ſuis adſeinuicẽ rñdent vocabulis· pr̃ eñ non dr̃ pr̃ ſſ· licꝫ ſſ· ſit ſpſ pr̃is· Silr̃ filiꝰ non dr̃ filius ſſ licet ſſ· dicat̃ ſpſ filij· ſed vt ħ viciſſim rñdeant donũ donatoris· ⁊ donatorẽ doni· quia ħ potuit inueniri ⁊ vſitatũ vocabulũ illic nõ poſuit. ¶ Nona cõ cl'o· donũ donatoris dr̃ ⁊ donatũ dona relatiẽ· q̃a donatũ non fuit niſi ex tp̃e· licet donum ſit ab eterno. Et nõ donator in ha bitu etiã fuit ab eterno

¶ **Hic queritur.**

¶ Diſtinctio· xxvij· habet cõcl'oes nouẽ

¶ Prĩa ħ· btm Augu· ꝓprietates in deo ſũt tres· q̃a ꝓꝓm ẽ pr̃is ꝙ geuit filiũ· filij aũt ꝙ ſit genitus a pr̃e· ⁊ ſſ· vt ꝓcedat ab vtroqꝫ. Sc̃dm Hilariũ ꝓpriũ eſt patris ꝙ ſp pater eſt· ⁊ filij ꝙ ſp filius ẽ· ⁊ ſſ· ꝙ ſp ẽ ſpiritꝰ ſiue donum· Sc̃dm alios ꝓprietas pr̃is ẽ pr̃nitas· ⁊ filij filiatio· ⁊ ſſ· ꝓceſſio· Eedẽ ꝓprietates in dc̃tis locutõibꝫ ſũt ſig̃te. ¶ Secũda cõcl'o· no men pr̃is non tñ relatõem notat· ꝫ etiã ypoſtaſim· i· ſubaꝫ ſig̃t ita ⁊ filiꝰ ⁊ ſſ. Relationũ v̓o vocabula· ſ· pr̃nitas filiatõ ꝓceſſio ſiue gignẽ gingni ꝓcedere: ipſa tñ relatões non ypoſtaſes ſi gnant. ¶ Tercia cõcl'o· cũ dr̃ deus ẽ pater nomen pr̃is· relatõem notamꝰ ⁊ diuinã ypoſtaſim ſignificamꝰ· Cũ vero noĩa relati onum imponimꝰ in p̃dictis notiones tñ patris ſignificamus nõ ypoſtaſes· ⁊ cũ dr̃ deus genuit· i· habet filiũ. ¶ Quarta cõcl'o ꝙ cum ſingule ꝓprietates cõueniunt ꝓprie ſingulis pſonis: ⁊ per eas pſone determinantur· ſed a ſe non ſecedunt. ¶ Quinta eadem ſignificant genitor genitus verbum ymago. Vnde ver bum relatiue dicit̃ ad id cuius eſt verbum ⁊ ymago relatiue ad id cuius eſt ymago. ¶ Sexta cõcl'o· eadem ꝓprietate ſiue no tione dicit̃ verbum ⁊ ymago qua filius· ſed eo verbum dicit̃

ſapīa vel eēna·quia ſapīa vel eſſentia non ꝭ·relationē dicunt
¶ Septia ɔclo·licʒ de⁹ lumen ſapientia ⁊ hui⁹ mōi ꝭm ſubam
dicunt & nunꝗ relatiue·aliqn̄ tn̄ pro relatis ⁊ pro perſonis
ꝫ non relatiue accipiunt·vt cum dr̄ deus de deo lumen de lu-
mine·alterum pro vna pſona alterum pro alia accipit. ¶ Oc-
taua ɔclo. ꝭm noīa ſube tn̄ dr̄ illud de illo· ꝫ per illa nomina
ſubam non ſignificant·ꝭm vero noīa pſonaꝝ nunꝗ dr̄ illud
de illo·quia non dr̄ verbū de verbo nec filius de filio·quia hu⁹-
modi noīa diuerſis pſonis ɔuenire non poſſunt. ¶ Nona ɔclo
noīa ſube aliqn̄ intelligentiam pſonaꝝ diſtincte faciunt· vt
cum dr̄ deus genuit deū aliqn̄ tocius trinitatis intelligentiaꝫ
faciunt vt cū dr̄ ·nemo bon⁹ niſi ſol⁹ de⁹·

¶ Preterea· ¶ Diſtinctio xxviij·ɔtinens ɔcluſiōes viij·

¶ Quarum prima eſt· ꝙ ingenitus relatiue
dicitur ⁊ de patre tm̄. Et alia notio ē qua dicitur ingenitus
⁊ alia qua dicitur pater ſiue genitor · tn̄ autem valet cum dr̄
ingenitus ꝙ cum non genitus ſiue non alius. Ingenit⁹ eīm dr̄
ꝓprietatis innaſcibilis·⁊ dr̄ relatiue quia non dr̄ ꝭm ſubſtan-
tiam licet relationem neget. ¶ Secunda ɔclo·ſſ·poteſt dici nō
genitus vel non filius licet ꝓprie non dicat ingenitus quia in-
genitus dr̄ ꝭm notionē innaſcibilitatis ⁊ originis. ¶ Tercia cō-
cluſio Ambro·nolebat vti iſto vocabulo ingenitus ꝓpter he-
reticos arrianos. ¶ Quarta ɔclo·ſicut dr̄ diuerſum eſſe ingeni-
tum & genitum·ita dicit diuerſum eſſe prēm et filium et·ſſ·qa
non ea notione pr̄ eſt pr̄ qua filius eſt filius vel qua·ſſ·eſt·ſſ·
¶ Quinta ɔclo aliud eſt quo pater eſt· ⁊ aliud quo filius eſt
non tn̄ pater nec filius aliud eſt. Vn̄ idēʒ eſt patrē eſſe et filiū
eſſe·ꝫ nō eſt idem eſſe prēm et eſſe filium. ¶ Sexta ɔclo· ꝗuis
diūſum ſit eē prēm ⁊ eſſe filium·nō tn̄ diuerſa ſuba· quia hoc
non ꝭ·ſubam: ꝫ ꝭ relatōem dr̄·quia tm̄ relatm̄ non ē accidens
¶ Septia ɔclo·ſicut ſolus filius dicit verbū ⁊ ymago· ita ſol⁹
dicit nata ſapīa vel genita·⁊ in ꝭ ꝙ dicit nata· intelligit eadēʒ
notio q̄ notat cū dr̄ verbū vel ymago. Cū aūt dr̄ ſapīa notat
eēna·non ꝙ eēna ſit nata·ꝫ ꝙ fili⁹ natus: ē eēna. Vel accipitur
ibi eēna ꝓ ypoſtaſi·vn̄ nata ſapīa·i·ingenita ipoſtaſ. ¶ Octaua
ɔclo·ymago aliqn̄ relatiue dicit ſic verbū ⁊ filius· et aliqn̄ eēne
intelligentiā facit·et tunc a ſe et non relatiue dr̄

¶ Poſt predicta· ¶ Diſtinctio·xxix·habet ɔcloes·ix·

¶ Prima in diuinis pſonis ē aliud
nomen qd̄ relatiue dr̄·ſ·principiū · pr̄ eīm ē principiū non de
pncipio·fili⁹ principiū de principio·ſſ·principium de vtroqʒ
ſcilicet patre et filio ¶ Secūda ɔcluſio. pr̄ dicit principiū toci⁹
diuinitatis nō ſic prin⁹ ſumit vt diuine eēne principiū· ꝫ qꝛ
ē principium filij ⁊·ſſ· in quibus ſingulis tota diuinitas eſt·

¶Tercia conclusio pater ab eterno eſt principium filij et pa
ter ⁊ filius non duo principia ſed vnum ſpirit⁹ ſancti·id eſt
pater non eſt paternitate principium ſpiritusſancti·nec filius
filiatione·ſʒ pater ⁊ filius vna vel eadem notione ſunt vnum
principium ſpiritusſancti. ¶Quarta ꝯclu·Spiritusſanct⁹ licet
ſit ab eterno·non tñ eſt ab eterno principiũ·qa eſt principiũ
niſi reſpectu creaturaꝝ que non ſunt ab eterno· ¶Quĩta ꝯclᵒ
Spiritusſanctus non eſt tm̃ principium creaturarum·ſʒ pater
⁊ filius·i·trinitas ipſa·⁊ hoc principiũ nõ ſunt tria ꝑncipia·
ſʒ vnũ principiũ oĩm creaturaꝝ. ¶Sexta ꝯclu· pater dr̃ prin/
cipiũ filij·q̄a eũ genuit· ⁊ pater ⁊ fili⁹ vnũ prinᵒ ſpiritusſc̃ti
q̄a ab vtroqʒ ꝓcedit. ¶Septia ꝯclo ſicut pater ⁊ filius ad cre
aturã relatiue vn⁹ creatoꝛ ⁊ vnus de⁹ dr̃·ſic relatiue ad ſpm̃
ſanctũ vnum principiũ. Ad creaturã vero pr̃ et fili⁹ ⁊ ſpiri/
tusſanct⁹ vnum ꝑncipium ſunt·ſicut vnus creatoꝛ et vnus de⁹
¶Octaua ꝯclo·licet fili⁹ ſit principiũ de ꝑncipio·non tñ ē cõ
cedend̃ ꝙ filius habeat principiũ ſcʒ duratõis. ¶Nona ꝯclo·
ſane intellige pr̃ pr̃em ⁊ filiũ eadem relatõe vel notõe dici ꝑn
cipium ſpiritusſancti illi⁹ aũt notionis quã ibi notat ꝑncipiũ
nomen non habem⁹ ſʒ ē ipſa paternitas vel filiatio·notio que/
dam que patris eſt et filij qua ab eterno pater et filius ſunt
vnum principium ſpiritusſancti

¶**Sunt eni.** ¶Diſtin·xxx·ꝯtinet ꝯcluſiones·vj· ¶Pria
q̄daʒ ex tp̄e de deo dicunt̃ eiqʒ tp̄aliter ꝯueniũt ſine ſui muta
tione·⁊ rl̃atiẽ dicunt̃ vt creatoꝛ dñs refugiũ donatũ ⁊ h⁹mõi·
qa iſta deo ꝯueniũt reſpectu creaturaꝝ q̄ ſil'cũ tp̄e vel ex tp̄e
eſſe ceperunt. ¶Secunda ꝯclo cũ de⁹ ceperit dici tp̄aliter qd̃
ante non dicebat̃·manifeſtũ eſt dici hoc relatiẽ·nõ ſm̃ accidẽs
dr̃ ꝙ aliq̄d ei accidat·ſʒ ſm̃ accidẽs eius ad qd̃ incipit dici re/
latiue. ¶Tercia ꝯclõ·q̄dam de deo tp̄aliter dicunt̃ relatiẽ etiaʒ
ad creaturas ſine mutatione diuinitatis·ſʒ non ſine mutatõne
creature et ita accidẽs eſt ĩ creatura ⁊ nõ in creatoꝛe ¶Quar
ta ꝯclõ.appellatio qua creatura relatiẽ dr̃ ad creatoꝛem relatĩa
eſt·⁊ relatio notat que eſt in ipſa creatura. ¶Quinta cõclõ
appellatio qua creatoꝛ dr̃ ad creaturam relatĩa eſt relatio ſed
nullam notat relationem q̄ ſit in creatoꝛe· ¶Sexta ꝯclõ cũ di
cim⁹ ſp̄mſc̃m datũ vel donatũ dr̃·⁊ ad dantẽ ⁊ ad donatum
cui dat̃. Nec dicim⁹ ſ ſ·referri ad ſe·licet a ſe det̃ eſt tñ appellaᵒ
relatĩa ⁊ relatiẽ dr̃ ad illũ cui dat̃ in q̄ mutatio fit nõ in dãte
Et nota ꝙ h⁹mõi relatio ⁊ appellatio tm̃ relatõem realẽ exclu
dit non relationem ſm̃ relationem ſiue ſm̃ dici

¶**Propterea.** ¶Diſtinctio·xxxj·ꝯtinet ꝯcluſiones nouem·
¶Prima nihil ſibiipſi dr̃ ſil'e vl'equale·Tres aũt pſone diuine
dicunt̃ eq̄les adinuicem ⁊ ſimiles nõ cũ eq̄litas vel ſimilitudo

eſt rlatio vl' notio ʒ tm̄ appellatō relatīa ¶ Secūda ꝯcl'o· pr̄ ⁊
fi· ⁊ ſſ· dicunt̄ eq̄les ⁊ ſiles non ꝑ ꝓpetates relatīas ſʒ ꝑ vnionē
eeñe. Fili⁹ em̄ ē pr̄i eq̄lis ⁊ ſilis non ex eo ꝙ ē fili⁹ ſʒ ꝑ illud ꝙ
ad ſe dr̄ ꝑ veritatē nat̄e. ¶ Tercia ꝯcl'o· q̄buſdā videt̄ ꝙ nomen
eq̄litatis vl' ſilitudis nō ponit aliq̄d ſʒ remouet ita ꝙ pr̄ ido fi
lio dr̄ eq̄lis· q̄a nō ē maioꝛ nec minoꝛ· ⁊ h̄ ꝓpter eeñe vnitatē· ſʒ
dr̄ ſilis q̄a non ē diu̇ſus nec alien⁹ nec in aliq̄ diſſilis· ⁊ h̄ ꝓpt̄
eeñtie ſimplicitatē· intelligend̄ ē ꝙ hic dicit magiſter ꝙ ei⁹ eq̄
litas reſpectū non ponit in deo aliq̄d ꝑ rem ſʒ tm̄ ꝑ rōem q̄uiſ
eq̄litas ponat in deo verā rem. ¶ Quar̄ ꝯcl'o· ꝑ Hyla· eternitas
dr̄ eſſe in pr̄e ſpēs in ymagine vſus in munē· Ymago aūt tm̄
dr̄ filio ⁊ mun⁹ ꝓprie de ſſ ſic̄ ⁊ donū. ¶ Quinta ꝯcl'o· eternitaſ
ſpēs ſiue pulcritudo vſus delectatio ⁊ felicitaſ non ꝓprietates
pſonaꝝ diſtinguunt ſʒ ypoſtaſes tm̄ oñdunt· ⁊ ideo de ꝓprie=
tate de eis dicunt̄. ¶ Sexta ꝯcl'o· ymago q̄ eſt fili⁹ coequatur
pr̄i· nō aūt pr̄ filio· licet ſit ei eq̄lis· q̄a ꝙ fili⁹ ſit eq̄lis pr̄i h̄ ha
bet filius a pr̄e. pr̄ aūt nō habet a filio ꝙ ſit ei eq̄lis· ¶ Septīa
ꝯcl'o· ꝑ Augu· in pr̄e eſt vnitas· ⁊ in filio ē eq̄litas· ⁊ in· ſſ· vtri/
uſqʒ ꝯcoꝛdia. ¶ Octā ꝯcl'o· pr̄ ⁊ fi· & ſſ· recte dicunt̄ eſſe vnū· et
vnus de⁹· ſʒ non vnus. ¶ Nona ꝯcl'o· ꝙ veritas dicit· ego ⁊ pat̄
vnū ſum⁹· in h̄ ꝙ dicit vnū excludit hereſim arrij qui tres p/
ſonaſ nolebat eſſe vni⁹ eiuſdē ſub̄e ſine ſub̄a· in h̄ ꝙ dicit ſū⁹
excludit hereſim Sabellij q̄ trinitatem ponebat tm̄ nominum
ſine ſubſtantia perſonarum·

hic oritur q̄o

¶ **Queritur quomō.** ¶ Diſtinctio· xxxij· h̄t ꝯcl'oes· vij·

¶ Prima concluſio· pater & filius
diligunt ſe ſpirituſancto· vnde ſe diligūt ⁊ vnitatem ſeruant·
⁊ ſua eſſentia ⁊ ſuo deo ꝙ ſpirituſſanctus· ¶ Secunda ꝯcluſio
filius dicitur eſſe ſapientia patris· quia eſt de patre qui eſt ſa/
pientia· non autem ꝙ pater ſit ſapiens ſapientia quam ipſe
genuit. Auguſtinus autem· queſtione xxiij· dicit ꝙ pater erat
ſapiens ſapīa genita. Sed in li· retractiōm· h̄ coꝛrexit· i· arguit·
Vn̄ pr̄ non eſt ſapiens ſapīa genita a filio. ¶ Tercia ꝯcl'o· ſicut
pater eſt deus ingenitus ⁊ filius deus genitus ⁊ deus genitus
non eſt ingenitus· non ideo tamen alius eſt deus pater alius
⁊ filius vtroqʒ autem non vnus quia alius eſt enim ingenit⁹
alius genitus· ſed nō alius eſt de⁹· imo vterqʒ vnus deus ita ſa
pīa genita nō ē ſapīa ingenita· ſʒ alia ē ſapīa genita alia inge/
nita· nō tn̄ eſt alia ſapientia ſʒ vna ⁊ eademqʒ ſapīa· pr̄ aūt eſt
ſapientia ingenita filius autem ſapientia genita. ¶ Quarta
ꝯcluſio· ſicut quidam dicunt ſicut filius per ſe agit: ſed non a
ſe· Ita filius debet dici ſapiens per ſe ſed non a ſe. Similiter de
bet dici deus per ſe ſed non a ſe vel de ſe. ¶ Quinta concluſio
tantum eſt vna ſapientia patris. Sed nō dicitur in vno modo·



224

Nam ſapientia patris dr̃ illa quã genuit ⁊ ſapĩa patris dicit̃ illa qua ſapiens eſt quia illa dicitur patris quia eam genuit et ea dicitur patris quia eam ſapit vna tñ ẽ ſapientia patris q̃a ſapĩa genita et ingenita vna ⁊ eadẽ ſapĩa ẽ. q̃a eẽntia dĩna intelligit̃ cõmunis tribus pſonis. ¶ Sexta ↄclõ in trinitate dilectio que ẽ pater filiꝰ ⁊ ſſ que eſt ipſa eſſentia diuinitatis tñ ſpiritusſancti dilectio ẽ que nõ eſt pr̃ nec filiꝰ nec ið̃o due dilectiões in trinitate ſunt Et dilectio que eſt ꝓprie ſpiritusſcti̇s eſt dilectio que trinitas eſt ſicut ſpiritusſanctꝰ ẽ eẽntia q̃ trinitas eſt non tñ ipa trinitas ẽ. ¶ Septima ↄclõ pr̃ non dr̃ diligẽ filium et eꝰ ea dilectione q̃ ab vtroq̨ ꝓcedit que nõ ẽ aliqd eoꝝ ꝫ tm̃ ſpiritusſanctꝰ tanq̃ ea dilectione pr̃ ſit vel filius ſed ſic pater diligit filium ⁊ econuerſo: vt etiam pater per ſe ea q̃ ipſe eſt dilectione diligat ſic ⁊ filius

¶ Diſtinctio xxxiij habet ↄcluſiones iij

## ¶ Poſt predicta

¶ Prima ꝓprietates pſonaꝝ diſtiguunt ⁊ determinãt ⁊ ſũt in ipſis pſonis et etiã diuina eſſentia: ⁊ ſunt ipſe pſone vñ paternitas eſt pater ⁊ ſunt ipſa diuina eſſentia nã pr̃nitas in deo ẽ diuina eſſentia Et ratio eſt quia deus eſt omne illud quod habet excepto eo ad qd̃ relatiue dr̃ nam pater habet filiũ non tñ ẽ filiꝰ ¶ Secunda ↄclõ ꝓprietates aliter ſunt in diuinis pſonis ⁊ alit̃ in diuina eẽntia Nã in diuina eẽntia ſũt ꝙ eã non determinãt nec diſtiguunt. In perſonis autem ſunt ꝙ eas determinant ⁊ diſtinguunt. Et ideo eſſentia non gñat nec gñatur. pater autẽ gñat ⁊ filius gñatur. ¶ Tercia ↄclõ pater ꝓprietate gñatiõis pr̃ eſt ⁊ non deus ſine diuina eẽntia. ⁊ tñ ꝓprietas gñationis eſt deus ſine diuina eſſentia

¶ Diſtinctio xxxiiij ↄtinens ↄclões viij

## ¶ Predictas.

¶ Pria eſt pſone diuine differũt in ꝓpetatibꝰ ꝫ ſũt vnũ ⁊ idem ꝫ eſſentiã ita ꝙ treſ pſone ſũt ſil̃ vnꝰ deꝰ ⁊ vna eẽntia ĩ q̃libet ſigillatĩ. ¶ Scd̃a ↄclõ cũ dr̃ filiꝰ ẽ ꝙ pr̃ eſt nõ ẽ pr̃ intelligit̃ ꝫ ſbam eſſe ꝙ patẽ ꝫ nõ ꝫ illud q̃d ad aliud dr̃ ¶ Tercia ↄclõ vſus ſctoꝝ admiſit illã locutõem vna ẽ eẽntia triũ pſonaꝝ ⁊ tres pſone ſũt vniꝰ eſſentie nõ aũt admiſit iſtã vnus ẽ deꝰ triũ pſonaꝝ vel tres pſone ſunt vniꝰ dei Forte ẽ rõ illa ne putaret̃ ita triũ pſonarũ ſic dr̃ deꝰ Abrahã yſaac ⁊ iacob ⁊ oĩs creatẽ ꝙ dr̃ ꝙ ẽ prinꝰ creatõis: ĩpa aũt eẽña diuia nõ dr̃ eẽña abrahã ⁊ yſaac vl̃ alicuiꝰ creatẽ ne creatoꝛis ⁊ creatẽ natã ↄfundi videret̃. ¶ Quãta ↄclõ ſicut eẽntia dr̃ de deo ꝫ ſubam ita vt potẽtia ſapĩa et bonitas ⁊ q̃ ꝫ ſubam dicunt̃ ſimul de tribꝰ pſonis ⁊ de q̃libet ſigillatĩ Ex q̃ patet ꝙ in trinitate ſũma ẽ pfectio q̃a ibi non eſt alia potẽtia vel ſapĩa vl̃ boĩtas ¶ Quĩta ↄclõ vna ẽ potẽtia triũ

pſonarꝫ ſapiā ⁊ boītas ⁊ tres pſone eadē ſapiā ⁊ boītas eadē
¶Sexta concluſio·licet in deo ſit vnū ⁊ idem penitus potentia ſapientia & bonitas tamen appropriatᷣ potentia patri:ſapiētia filio:bonitas ſpirituiſancto ne in rebus creatis pater impotens filius minus ſapiens ſpiritusſanctus inflatus & tumidus putaretᷣ. ¶Septima concluſio homoſyon id eſt conſubſtācialis intelligitur vnde filius dicitur homoſyon patri : id eſt vnius eiuſdemqꝫ ſubſtantie. ¶Octaua concluſio· ꝙ nomina tranſlatiue dicta de deo vt ſpeculum ſplēdor karacter figura ⁊ huiuſmodi ratione alicuius ſimilitudinis ſunt dicta ex quibꝫ cauſa intelligētia catholica eſt ſumenda.

¶Cumqꝫ

¶Diſtinctio·xxxv·habet cōcluſiōes vi. ¶Prima ſapiētia vel ſciētia dei cū ſit vna ſimplex & ꝓpter tñ varios ſtatꝰ rerꝫ & diuerſos effectus plura ac diuerſa ſortitᷣ vocabula dicitᷣ em̄ non tantū ſcientia ſed etiā preſciētia vel ꝓuidentia diſpoſitio predeſtinatio ⁊ prouidentia. ¶Secūda concluſio prouidētia ſiue preſcientia eſt tantum de futuris ſed de omnibus bonis ſcilicet ⁊ malis·diſpoſitio eſt defaciendis:p̄deſtinatio eſt de hominibus tantum ſaluandis ⁊ de bonis quos chriſtus liberauit hᷣ ſcilicet a culpa et a pena ⁊ in futuro coronabuntur in gloria:prouidentia eſt gubernādorum que vtiqꝫ eodem modo videntᷣ accipi quo diſpoſitio interdum ꝓuidētia accipitur pro preſcientia ſapientia vero vel ſcientia de omibꝫ eſt ſcilicet bonis & malis preteritis preſentibus ⁊ futuris temporalibus et eternis quia deꝰ ſeip̄m perfecte ſcit qui eſt eťnus. ¶Tercia concluſio·preſciētia diſpoſitio predeſtinatio quantū ad illud quod dicunt quia idem ꝙ diuina eſſentia manent & ſūt dato ꝙ nullum eſſet futurū in quātum tñ rōem importātᷣ ad futura non eſſent ſi enim futurum non eſſet. ¶Quarta cōcluſio·ſapientia vel ſcientia non ſunt tantum de temporalibus ſed etiaꝫ de eternis ⁊ ideo ſi nulla eſſent futura eſſent añ in deo ſcientia q̄ verioꝛus eſt minoꝛ eſſet q̄ꝫ modo nec maioꝛ eſſet mō q̄ꝫ eſſet. ¶Quinta concluſio·omnia dicuntur in deo eſſe etiam ab eterno et ita res anteq̄ꝫ eſſet in ſua natura erat in ſcientia diuina nec aliter nouit deus res factas q̄ꝫ cognoſcit eaſdem futᷣaſ vnde omnia dicuntur in ipſo eſſe vita non ideo ꝙ creatura ſit creatoꝛ · vel ꝙ iſta temporalia eſſentialiter ſint in deo ſed quia ſunt ſemper in eius ſcientia que eſt vita . ¶Sexta cōcluſio·aīa tam preſentia preterita q̄ꝫ futura dicuntur deo preſentia: vnde deo nihil eſt preteritum vel futurum ſed omnia ſunt p̄ſentia ⁊ hoc q̄a quadā cognitione ineffabili ſue ſapientie in eo ſunt.

¶Solet.

¶Diſtinctio·xxxvi·habet ꝯcluſiones ſex ¶Prima licet omnia dicātur deo preſentia :quia ſūt

in eiꝰ cognitiōe ſiue pſcientia & ſcientia dei ſic idem ꝙ diuina eſſentia non tamen debet dici ꝙ omnia in diuina eſſentia intelligantur eſſe eiuſdem eſſentie cum deo. ¶ Secunda concluſio: licet deus cognoſcat omnia bona & mala bona tamen cognoſcit per approbationem ⁊ per beneplacitum ⁊ quia eorum eſt auctor non autem mali ⁊ ideo bona dicuntur eſſe in deo non autem mala. ¶ Tercia concluſio· omnia dicuntur eſſe per ipm deum & in ipſa ⁊ ex ipſo quia ſcit ea ⁊ eorum eſt auctor et intellige omnes naturas & que fiunt naturaliter non peccata et vicia ſicut & dicitur ꝙ in ipo viuimus moriemur & ſumꝰ qa eo auctoritate hoc ſumus. ¶ Quarta cōcluſio· perſonaꝝ diſtinctio notetur cum dicitur ex ipſo ⁊ per ipſum ⁊ in ipſo ex ipſo propter patrem per ipſum propter filium & in ipſo propter ſpiritumſanctum ſcilicet cum cuilibet perſone cōuenit ex ipſo & per ipſum ⁊ in ipſo ſunt omnia. ¶ Quinta ꝯcluſio nō ōme ꝙ eſt ex deo eſt de ipſo quia celum eſt ex ipſo ⁊ nō de ipſo qa non de natura dei eſt. Omne autem ꝙ eſt de ipſo eſt ex ipo ſꝫ non econuerſo vnde filius eſt ex patre ⁊ de patre. ¶ Sexta cōcluſio dei cognitione ſiue preſcientia ſunt omnia bona ſcilicet ⁊ mala ſed bona tantum ſunt in deo ſicut ex ipſo ⁊ per ipſum non autem mala.

¶ Et quoniam· ¶ Diſtinctio ·xxxvii· habet cōcluſiōes ſeptem. ¶ Prima concluſio· deus immutabiliter ſemper in ſe exiſtens eſt in omni natura ſiue eſſentialiter preſentialiter ⁊ potentialiter eſſentialiter ſiue ſui diſtinctione in omni loco ſine circūſcriptione & in omni tempore ſine ſui mutabilitate & ī ſanctis ſpiritibꝰ vel in animalibus excellētius ſcilicet per gratiam inhabitans ⁊ in homīe chriſto excellentiſſime in quo plenitudo deitatis corporaliter inhabitat vt ait Apoſtolus in eo enim deus habitat non per gratiam adoptionis ſed per gratiam vnionis. ¶ Secunda ꝯcluſio eſſe vbiqꝫ deitatis eſt proprium. ¶ Tercia cōcluſio· vbi deus habitat ibi deus eſt non tamen vbiqꝫ eſt ibi habitat non ſicut anima tota ſimul adeſt omnibus partibus corporis nec minor in minoribꝰ nec etiā maior in maioribus tamen intenſius in alijs ⁊ in alijs remiſſius operatur ita deus vbiqꝫ eſt ſed in ſanctis ſpiritualiť diciť eſſe ꝑ gratiā ⁊ ita in eis habitat ſicut in tēplo. ¶ Quarta ꝯcluſio deꝰ anteqꝫ res eſſet in ſe erat vñ in ſe eſt ⁊ in rebus nō eñ ſancti dicunť domus dei ſic vt ipis ſubtractis cadat deus ymo ſic habitat deus in ſanctis vt ſi ipſe diſceſſerit cadant. ¶ Quinta concluſio· deus ē inhabitator quorundā nō cognoſcentiū deū ſicut paruulorū ꝑ baptiſmū īnouatoꝝ ⁊ in habitator qꝛundā cognoſcentiū deū ſic ſcīoꝝ deū diligentiū ⁊ non eſt habitator qꝛundā cognoſcentiū deū ſicut maloꝝ qui deū

cognoſcunt ſed non diligunt vnde illi quoniam ad templum dei non pertinent qui deum cognoſcentes non ſicut deum glorificant. ¶ Sexta concluſio ſicut ſolis radij non contaminantur ſordibus in quibus ſunt ita diuina eſſentia vbiqꝫ exiſtēs nullis ſordibus maculatur. ¶ Septima concluſio om̄e corpus om̄o eſt locale nam dimenſiue corpus eſt in loco ⁊ mouetur corpus ſecundum locum & ſecundum tempus ſpiritus creatus localis eſt ſed non dimenſiue ſed determinatiue nam ita eſt hic quod non alibi inuenitur & mouetur ſecundum motum ⁊ ſecundum tempus ſcilicet viciſſitudinis gaudij dolorijs ſcientie ⁊ obliuionis deus autem omnino inlocabilis eſt et incircumſcriptibilis vbiqꝫ totus exiſtens qui nec ſecundum locū nec ſecundum tempus mouetur ſed omnino eſt immobilis.

## ¶ Nunc ergo.

¶ Diſtinctio xxxv iij habet concluſiōes tres. ¶ Prima preſcientia dei ⁊ ſciētia bonorum ⁊ malorum non ſunt cauſa rerum niſi ſine qua non nec res ſunt cauſa ſcientie vel preſcientie dei niſi cauſa ſine qua non. ¶ Secunda concluſio preſcientia dei eſt cauſa bonorum preſtitorum non eſt ſicut preſcientia tantum ſed vt eſt cum beneplacito malorum autem non eſt beneplacitum ſed tantum ſimpliciter preſcientia vel ſcientia: preſciētia enim eſt tantum futurorum ſed omnium tam bonorum quam malorum. Sed beneplacitum tantum bonorū. Scientia eſt de preteritis ⁊ futuris bonis vel malis ſed beneplacitum tantum de bonis. ¶ Tercia concluſio preſcientia dei non poteſt falli vnde cum dicitur non poteſt aliter res euenire quam ſit preſcitū a deo ſi coniunctim intelligatur verum eſt quia ſimul ſtare nō poſſunt quia aliquādo res eueniat quod deus preſciuit ſed diſtinctim falſum eſt nam futurum contingens non de neceſſitate eueniet

## ¶ Preterea.

¶ Diſtinctio xxxix continet duas concluſiones. ¶ Prima concluſio Deus ſimul & immutabiliter futura bona & mala ſcit: vnde eius ſcientia augeri nec minui poteſt nec mutari ſicut nec eius eſſentia quia eius ſcientia eſt eius eſſentia. ¶ Secunda concluſio bene concedit quod deus poſſet ſcire quod non ſcit preſcire quod non preſcit non preſcire quod preſcit intelligo diuiſum quia coniūctim falſum eſt quia ſciētia eius eſt immutabilis.

## ¶ Predeſtinatio.

¶ Diſtinctio xl continet concluſiōes quinqꝫ. ¶ Prima predeſtinatō eſt preparatio gratie ad ſalutem conſequendam: vnde predeſtinatiōis duplex eſt effectus vnus tēporalis ⁊ in via ſcilicet infuſio gratie alius finalis ſine fine et in patria vt collatio glorie. ¶ Secūda concluſio cum dicitur predeſtinatus nō poteſt damnari verū eſt ſi coniunctim intelligatur ita ſcilicet quia non poteſt eſſe vt

predeſtinatus ſit ⁊ damnetur. Si aũt diſiunctim falſum eſt qa pdeſtinatus potuit non eē pdeſtinat⁹ ⁊ ita damnaret᷑. ¶ Tercia ↄcluſio· ſicut deus ab eterno potuit aliquē non pdeſtinare ita dicitur a quibuſdã ꝙ modo poteſt deus vnum non pdeſtinaē ab eterno qa in creatis poſſibilitas & impoſſibilitas referũtur ad naturam rei exiſtentis ⁊ ideo in operationibꝰ creaturarũ ꝙ factũ eſt vel dictũ impoſſibile eſt non eſſe vel non fuiſſe factũ vel dictum cum vero pſcientia vel pdeſtinatio dei agit᷑ poſſibilitas vel impoſſibilitas ad potentiã dei refert᷑ quo ſemꝑ eadem eſt ⁊ fuit. ¶ Quarta ↄcluſio reprobatio eſt ſcientia iniquitatiſ quorundã in preparatione dãnationis eorũdem ita ꝙ ab eťno deus alteꝝ eorum preſcit ſed non pparat iniquitatem alterum vero preſcit ⁊ pparat ſcꝫ penam eternam. ¶ Quinta concluſio ſicut pdeſtinationis effectus eſt gratie appoſitio ita reprobationis eterne quidem effectus eſt obduratio nec obdurat deus in parciendo maliciam ſed non in parciendo gratiam.

¶ Si autem.

¶ Diſtinctio·xlj·continens concluſiones quinqꝫ. ¶ Prima gratie que dantur homĩ ad iuſtificatioꝫ nulla ſunt merita ⁊ mĺto minus ipſius pdeſtinationis qua ab eterno elegit qs voluit obdurationis aũt quemadmodũ effectus reprobationis ſunt merita qa de⁹ obdurat ꝭm iudiciũ ꝙ mẽitis reddit᷑ obdurat aũt non irrigando quo ſit deterioꝛ ſed non erogando ꝙ ſit melioꝛ reprobationis aũt qua ab eterno quaſdam pſcit futuros malos non ſunt futura merita. ¶ Secunda concluſio fides katholica reſpuit animas in celo ante ↄuerſatas ⁊ ibi aliqd bon vel mali egiſſe & pro meritis ad coꝛpora terrena detruſas eſſe. ¶ Tercia ↄclio· deus elegit qs voluit gratuita mĩa in via non qa fideleſ futuri erant ſed vt fideles eſſent eiſqꝫ gratiã dedit nõ quia fideles erant ſed vt fierent non aũt concedit᷑ quoſdam reꝓbaſſe vt mali eſſent ⁊ obdurati vt peccent qa reprobatio nõ ita cauſa mali ſicut pdeſtinatio cauſa boni neqꝫ obduratõ ita facͭ hominẽꝫ malũ quẽadmodũ facit miſericoꝛdia in via bonũ ¶ Quarta ↄclio· deus multa pſciuit que modo non pſcit quia pſcire non eſt niſi futuroꝝ multa aũt ſunt que prius fuerũt futura ⁊ mõ non ſunt fuťa. ¶ Quinta ↄclio· ꝙ deus ſemel ſcit ſꝑ ſcit ⁊ ſi aliqñ xp̄m naſciturũ ſciuit & nũc ſcit natũ in eadē ſcĩa ſciuit hoc ⁊ illud & tpa ſũt mutata ⁊ vᷓba ſed fides nõ nec ſcĩa vñ non eſt hoc ↄcedendũ de pſcĩa et ſcĩa.

¶ Nunc.

¶ Diſtinctio·xlij·continens concluſiones qtuor ¶ Prima· de⁹ trinitas eſt omnipotens qa pt oĩa quo poſſibilia ſunt poſſe qdaꝫ per ſe pt facē non in ſe vt creaē celũ qdam enim poteſt facē non in ſe ſed in creaturis vt motũ

quedaꝫ dicitur non poſſe vt peccare pati vel moꝛi ⁊ huiuſmõi quia hoc poſſe non eſt poſſe ſed defectus. ¶ Secūda concluſio omnia deus poteſt facere ſed nō facit niſi ꝙ conuenit veritati eius ⁊ iuſticie. ¶ Tercia cōcluſio deus a ſe ⁊ per ſe poteſt oīa creatura per ſe nihi poteſt nec a ſe filius deus per ſe poteſt ſed non habet hoc a ſe ſed a patre. Similiꝰ ⁊ ſpiritusſanctus quorum vna et eadem potentia. ¶ Quarta concluſio: deus poteſt quicquid vult fieri ⁊ poteſt quicquid ſcit ſe poſſe et econuſo non tamen omne ꝙ vult ſe poſſe vult fieri.

¶ Diſtinctio·xlꝭij · habet vnam concluſiōꝫ

¶ Quidam· que eſt deus poteſt facere plura ꝙ̃ faciat ⁊ alia facere ꝙ̃ que fecit ⁊ alia velle qꝫ que vult et tamen ipſe non eſt alius ⁊ ea que fecit decet eum facē et ſi alia faceret deceret eum facere ⁊ tamen voluntas eius nec alia nec noua nec mutabilis aliquo modo eſſe poteſt.

¶ Diſtinctio·xliiij·continet concluſiones tres.

¶ Hunc. ¶ Prima deus poteſt alia facere ꝙ̃ que fecit ⁊ q̄ fecit poſſet facere melioꝛa: vñ deus taleꝫ potuiſſꝫ facere hominē qui nec peccare poſſet nec nollet quia hoc vtiqꝫ melius fuiſſet ſi deo placuiſſet. ¶ Secunda concluſio deus eoꝝ que fecit quedam poſſet facere modo melioꝛi ⁊ quedaꝫ modo eque bono ⁊ quedaꝫ modo minus bono ꝙ̃ faciat ſiue alter vt alter modus referatur ad qualitatem creature non ad ſapien/tiam creatoꝛis non melioꝛi nec maioꝛi nec minoꝛi bono ſapien/tia poteſt facere que non fecit qꝫ que fecit. ¶ Tercia concluſio: deus ſemper poteſt quicquid ſemel potuit ⁊ ſemper vult quicquid ſemel voluit id eſt habet ſemper eandem potentiaꝫ ⁊ vo/luntatem ꝙ̃ ſemel habuit vnde potuit incarnari ⁊ incarnatus eſt eandem potentiam auteꝫ dicit ſicut eadem eſt ſcientia qua ſciuit ſe reſurrecturum ⁊ ſcit ſe reſurrexiſſe. Non tamen ſemꝑ facere poteſt omne illud quod aliquando potuit nec vult eſſe nec fieri oīe qđ voluit eſſe vel fieri ita ⁊ de ſcia dei dicendū.

¶ Diſtinctio·xlv·continet concluſiones quinqꝫ.

¶ Iam. ¶ Prima concluſio · diuina voluntas eſt diuina eſſentia ſicut ⁊ eius ſcientia eſt eiꝰ eſſentia: vnde cum dicitur deus eſt volens ꝫm eſſentiam dicitur: vnde volūtas in deo non dicit affectum vel motum qui in deum cadere non poſſunt ſed eſſentiam dicit. ¶ Secunda concluſio licet in deo idem ſit nolle ꝙ eſſe non tamen deus dicitur eſſe qđ vult ſicut nec dicitur eſſe ea que ſcit licet idem ſit in eo eſſe ⁊ ſcire. ¶ Tercia ꝯcluſio deus ſcit id eſt deus eſt cuiꝰ ſcientia eſt ipſiꝰ eſſentia cui omnia ſunt ſubiecta · Similiter deus vult hec vel illa id eſt deus eſt cuiꝰ voluntati q̄ ipſe eſt hec vel illa ſubiecta



227

ſunt voluntas autem dei non poteſt eſſe iniuſta vt mala quia deus eſt ⁊ eſt ſempiternus & in variabilis licet ea que ei ſubiecta ſunt tranſeant & variantur. ¶ Quarta concluſio voluntas dei eſt prima ⁊ ſumma cauſa omnium ipſa enim eſt ſola vnde ortum habet quicquid eſt ⁊ ipſa non eſt orta ſꝫ eterna & ipſius nulla eſt cauſa nec eſt eius cauſa querenda quia ſi quereretur aliquid maius vel prius ea eſſet quod nephas eſt credere. ¶ Quinta concluſio· quod voluntas dei proprie eſt eius eſſentia & hoc non eſt niſi vna appellatur beneplacitum ſiue diſpoſitio ⁊ contra hanc nihil poteſt fieri alia autem ſigna voluntatis diuine dicuntur voluntates diuine ſicut ſigna ire dicuntur ira ⁊ ſigna dilectionis dicuntur dilectio ⁊ eſt tropita locutio. Sunt aũt ſigna diuine voluntatis precipere prohibere promittere conſulere ⁊ implere vnde quod deus precipit poteſt dici voluntas dei ⁊ ita de aliis ſignis contra aũt huiuſmodi ſigna poteſt fieri exceptio contra impletionẽ

¶ Diſtinctio·xlvj· continens concluſiones quatuor

¶ Jt. ¶ Prima deus ea voluntate que ipſe eſt que beneplacitum vocatur nõ vult fieri aliqua que non fiant neqꝫ non fieri que non fiant. Et ſi obiicitur id Mathei·xxiij· Quotiens volui congregare filios tuos ⁊ noluiſti & id primo Thimothei·ij· vult omnes ſaluos fieri ſcilicet deus ⁊ tamẽ nõ oĩs ſaluantur intelligitur quod filios quos deus voluit congregare congregauit ſed non ciuitatem nolentem. Et etiam ſecunduꝫ intelligendum eſt quod nullus ſaluatur omni quem ipſe ſaluare noluit. Sicut dicitur illuminare omnem hominem nõ quod omis homo illuminatur ſed quod nullus niſi ab ipſo illuminetur. ¶ Secũda concluſio·deus non vult mala fieri nec vult mala non fieri ſed permittit mala fieri vnde deo nolente mala nõ fiunt nec fit hõ deterior nec vult mala non fieri quia ſi fierent impotens videretur permittit autem mala fieri licet nõ velit quod fiant quia ex malis que fiunt facit bona prouenire. ¶ Tercia concluſio·quod ẽ aliquid quod in ſe eſt bonum & cui fit ſed non facienti vt ſubuenire pauperibus non propter deum eſt aliquid bonum in ſe ⁊ facienti ſed non cui fit vt veritatem predicare propter deum inobedienti. Eſt aliquid quod eſt bonum in ſe ⁊ facienti et cui fit vt veritatem predicare propter deum obedienti. Eſt aliquid quod nõ eſt bonum in ſe nec facienti ſed valet ad aliquid vt ad decoreꝫ vniuerſi ⁊ hoc eſt malum vnde mala que boni fiunt valũt ad emendanda peccata vel ad exercendaꝫ probandamqꝫ iuſticiã vel ad demonſtrandam huius vite miſeriam. ¶ Quarta concluſio licet omne verum ſit a deo & mala fieri ſit verum non propter hoc mala fiunt a deo ſicut deus prohibet furtũ fieri eſt verum nec ſequitur quod prohibeat verum ſed locutio vera quantum dicitur malũ eſt a deo ſed ipſa mala nõ ſunt a deo.

**Voluntas.** Diſtinctio·xlvij· habet cõcluſiões tres Prima concluſio Dei voluntas que ipſe. eſt ⁊ eterna ſemp eſt efficax vt fiat omnio ꝙ velit fieri et nihil fiat que nõ velit fieri que et de homine ſemper impletur ꝙ tñ ſe nercat. Secunda concluſio voluntas dei ſemper impletur aut a nobis tamen benefacimus aut de nobis cum contra voluntatem dei non que ipſe eſt ſed ſignum facimuſ. Tercia cõcluſio · deus quedam precepit perſonaliter in veteri lege et in noua que fieri voluit ab illis quibus ꝑcipiebat. Exemplũ de ymolatione filij Abrahe ⁊ decuraris quibus precepit ne quibus dicerent.

**Sciendum quoqꝫ.** Diſtinctio·xlviij·habet cõcluſiones quinqꝫ. Prima cõcluſio Voluntas hominis volentis idem fieri ꝙ deus vult eſt mala aliquando et volentis aliud ꝙ̃ illud quod deus vult aliquãdo eſt bona exempla patet in litera. Et eſt idem ꝙ ad bonitatem noſtre voluntatis non ſufficit eius conformitas cum diuina voluntate in volito ſiue in obiecto. Secunda cõcluſio bona voluntas dei aliquando impletur per malam voluntatez hoīs vt deus voluit bona voluntate mortem chriſti qm̃ intulerunt ei iudei mala voluntate. Tercia cõcluſio tota trinitas voluit vt chriſtus pateretur ſed non voluit ꝙ iudei eum occiderent voluit enim penam chriſti ſed non voluit culpam iudeorũ nec tamen noluit quia ſi noluiſſet non fuiſſet. Quarta cõcluſio· ſanctis viris placuit vt chriſtus moreretur intuitu noſtre redemptionis et impletiõis diuine voluntatiſ ſed eis nõ placuit intuitu cruciatus ſine diſcretione afflictionis . Quinta concluſio paſſiones ſanctorum poteſt homo velle et nolle bona ⁊ mala voluntate nam paſſionem ſancti Pauli bona voluntate nolebant qui ei compaciebantur ex compaſſione nolebant ꝙ̃ autem volebant vt eius corona accellerer̃ bona volũtate eodẽ modo volebant ⁊c̃.

**Creationem.**

DIſtinctio prima ſecundi libri continens concluſioneſ viij. Prima concluſio·vnus creator omniũ celeſtiũ terreſtrium viſibilium inuiſibiliũ ante tempora eternaliter exiſtens per ſuam omnipotentiam volũtate ⁊ bonitate ſua initio temporis mũdum creauit quod inſinuat ſcriptura. Geneſis primo dicens·In principio creauit deus celũ et terraz Secunda concluſio· ex hoc elidunt̃ errores plura principia ponentium ſine principio vt platonis qui tria poſuit ab etno ſcilicet deum exemplar et materiam ⁊ deum quaſi artificẽ nõ creatorẽ quia creare eſt proprie de nihilo aliquid facẽ ⁊ etiaz



228

elidit error Ariſtotilis qui duo principia poſuit ſcʒ materiaʒ ⁊ formam ⁊ deum operatorem mundumqʒ ſemper eſſe ⁊ fuiſſe ¶ Tercia concluſio· creare eſt facere ⁊ creator eſt opifex ⁊ factor non tamen omnis factor eſt creator deus autem creatiõis nomen ſibi proprie retinuit creaturis communicauit licet in ſcripturis vnum ſepe pro alio accipitur. ¶ Quarta concluſio· iſta verba creare facere agere non ſm eandem rationem dicũtur de deo ⁊ creaturis cum enim aliquid noui fit a deo in iſo nihil noui contingit ſed ſic eſt nouum vt in eius eterna volũtate fuerat ſine aliqua ſui mutatione vel motione ſed nos in operando mutari dicimur . ¶ Quinta concluſio· deus creauit creaturam rationalem in corpoream que eſt angelica ⁊ humana que ex carne ⁊ anima rationali ſubſiſtit. ¶ Sexta concluſio· deus creauit naturam rationalem propter ſuam bonitatem ⁊ creature rationalis vtilitateʒ vt ſcilicet ſummũ bonũ intelligeret ⁊ intelligendo amaret ⁊ amando poſſideret ⁊ poſſidendo frueretur non ꝙ deus indigeret creature rationalis officio ſed vt ipſa creatura deo ſeruiret cui ſeruire regnare eſt. ¶ Septima concluſio· mundus factus eſt vt ſeruiret deo vnde omnia ſunt nr̃a ſuperiora puta trinitas ad fruẽdum equalia puta angeli ad commanendum licet nobis in preſenti ſeruiãt per miniſterium inferiora ad ſeruiendum homo autem fact⁹ eſt ad reparandum ruinam angelicam licet etiã angelus non peccaſſet homo etiam factus fuiſſet. ¶ Octaua concluſio· anĩa rationalis videt maioris dignitatiſ ſi abſqʒ corpore permaneret qʒ vnitur corpori ideo corpori eſt vnita quia deus noluit cui⁹ cauſa querenda non eſt ⁊ per huiuſmodi vnioneʒ ſcʒ corporis ⁊ anime a quo ſeparare non vult deus oſtendit vnionem qua creatura rationalis vniretur deo per dilectionem ex toto corde ⁊ viſionem qua deuſ videbit facie ad faciem ⁊ vt anime vnite corporibus in eis deo famulantes maiorem mereãtur coronaʒ ⁊ corporis glorificationem.

## ¶ De angelica.

¶ Diſtinctio·ij·habet cõcluſiones q̃nqʒ ¶ Prima eſt· ꝙ angeli creati fuerunt ſil' cum materia quatuor elementorum ·vñ Geneſis primo in principio creauit deus celum ⁊ terraʒ id eſt ſpiritualem corporalemqʒ naturam . ¶ Secunda concluſio· ꝙ illa non ſunt creata in tempore ſicut nec tempus eſt creatum in tempore ſed angeli ⁊ materia quatuor elementorum ⁊ celũ empireum ſimul ſunt creata. ¶ Tercia cõcluſio·angeli fuerũt creati in celo empireo ſicut probatur per venerabilem Bedam ¶ Quarta concluſio· corporalis natura ⁊ ſpiritualis vtraqʒ informis ſuo mõ creata fuit ſed ſpũalis formata fuit ꝑ conuerſi

bonorum ad deum & amorem. ¶Quinta concluſio: q dicitur yſaie·xiiij·q dixit lucifer aſcendam in celum notat equalitatē dei nam deo parificari volebat.

¶Ecce. ¶Diſtinctio·iij·habet concluſiones viij. ¶Prima concluſio· angeliſ in initio attributa ſunt quatuor ſcilicet nature ſimplicitas perſonalis diſcretio memoria intelligentia voluntas ſiue dilectio & liberum arbitrium. ¶Secūda concluſio non omnes angeli ſunt equales in ſubſtantia et intelligentia rationali & libero arbitrio ymo alij inferiores alij ſuperiores in diuina ſapientia ſunt conſtituti. ¶Tercia cōcluſio qui natura magis ſubtiles et ſapientia amplius perſpicaces creato hij etiam maioribus gratie muneribus prediti ſubſtantia dignitate excellentioreſ alij ↄſtitutionibꝯ. ¶Quarta concluſio ſicut in angelis diuinis vigor et ſubſtantialitas nature infirmitatem non adhuc minorq; cognitio ſapientie in ignorantiam non ingerit ſic libertas inferior nullā arbitrio neceſſitatem imponit. ¶Quinta concluſio angeli habent aliqua communia ſcilicet q ſunt ſpiritus et indiſſolubiles et immortales. ¶Sexta concluſio omnes angeli creati fuerunt boni et ſine vicio vnde innocentes ſimiliter creati non tamen virtutibꝯ prediti que ſtantibus appoſito fuerunt non cadentibus/& fuit aliqua morula inter creationem & lapſum. ¶Septima cōcluſio· angeli ante caſum malorum & confirmationem bonorum triplicem cognitionem naturalem habebāt ſcilicet q facti erant & a quo facti erant et cum quo facti erant noticiam etiam habentes boni & mali et quid appetendum et quid reſpuendum illis eſſet. ¶Octaua concluſio·angeli tunc dilectionem habebāt talem qua ſe et deum diligebant per quam tn̄ non merebant̄.

¶Poſt hec. ¶Diſtinctio quarta continens concluſioneſ tres. ¶Prima concluſio ·angeli non fuerunt creati beati nec miſeri niſi q̇s vellet appellaē beatitudinem illum ſtatum quo creati fuerunt qui ſtatus nec beatitudinis nec miſerie erat. ¶Secūda concluſio·mali angeli non preſcij fuerūt ſui caſus nec future damnationiſ neq; boni angeli ſue future beatitudines fuerunt preſcij licet alij dicant q reuelatiue fu̇ra ſue beatitudinis preſciuerunt q autem probabilius videt̄ tenere. ¶Tercia concluſio·angeli fuerunt creati perfecta perfectione ſm̄ tempus id eſt que eis competebat ſm̄ tempus non autem perfectione que eſt ſm̄ naturam q̇; quis habet quicquid eſt debitum et expedit ſue nature ad glorificationem iſtam enim habuerūt boni poſt confirmationem nec etiam fuerunt creati perfecta perfectione vniuerſaliter que eſt quod ea aut cui vel de eſt & qua ab eo ꝓueniunt vniu̇ſa illa

enim ſolus deus perfectus.

¶ Poſt hec.

¶ Diſtinctio v. continens concluſiones ſeptē

¶ Prima angeli mox vt creati fuerunt quodam adheſerunt deo per caritatem. Quidam a deo receſſerunt ꝑ ſuperbie prauitatem ⁊ conuerſi fuerūt a deo illuminati appoſita gratia auerſi vero excecati non immiſſione malicie vt ſubtractione habite gratie ſed non appoſitione gratie vt cōuerterent. ¶ Secunda concluſio. angelis conuerſis ad deum fuit hoc ei caritate adherere auerſi vero odio habere vł inuidere. Inuidia enim mater eſt ſupbie qua ſe voluerunt parificare deo. ¶ Tercia concluſio. angeli non creati in actu conuerſionis nec auerſionis voluntatis ſed abiles ad volendum ⁊ per libertatem arbitrij que in ratione ⁊ voluntate conſiſtit ſpontanee hij bonū alij malum elegerunt. ¶ Quarta concluſio. bonis angelis fuit data gratia cooperans in conuerſione per quā cum libero arbitrio conuerſi ſunt a bono ita ꝙ bonum quod habebant nō perdiderunt ad bonum maius non autem fuit eis data gratia operans quia gratia operans eſt qua de imperio fuit iuſtus.

¶ Quinta concluſio. bonis angelis fuit data gratia ſine ipſorū merito aliter gratia non eſſet gratia malis autem fuit data ex ipſorum culpa quia cum ſtare potuiſſent non ſteterunt ſicut alij boni qui ſteterunt. ¶ Sexta concluſio. boni angeli in ipſa confirmatione beati fuerunt. ¶ Septima concluſio. plꝰ placet opinio magiſtro que dicit angelos bonos beatitudinem quā habent non minui per acceptam gratiā ſed modo eam mereri eos per curam nobis exhibitam licet aliorum opinio dicat oppoſitum ⁊ ita premium precedit meritum ⁊ intelligendum ꝙ non quia magiſter hodie non tenetur tenent enim doctores ꝙ in angelis premium meritum non precedit.

¶ Preterea.

¶ Diſtinctio ſexta continet concluſiones ſeptem. ¶ Prima eſt ſicut de maioribuſ ⁊ minoribus angelis quidam perſtiterunt ita de vtroqꝫ gradu quidam corruerunt. ¶ Secunda concluſio lucifer omnibus cadentibus fuit excellentior nec inter ſtantes fuit aliquis eo dignior qui eminentiam ſue nature ⁊ profunditatē ſcientie ſue perpendens in ſuum creatorem ſuperbiuit in tantū vt deo voluit ſe equare. ¶ Tercia concluſio Lucifer ⁊ illi qui peccauerunt de celo empireo ceciderunt ⁊ in iſtum aerem caliginoſum qui eſt eis vt carcer vſqꝫ ad diem iudicij ⁊ hoc ꝓpter

noſtram probationem in iudicio autem in inferno baratri trudentur. ¶ Quarta concluſio boni angeli habent adinuicem prelationem & mali ſimiliter ⁊ hoc tamdiu q̄ʒ durat mundus quia in futuro ſeculo omnis prelatio euacuabit̄ habent aūt ꝑlationes maiores vel minores ſꝫm ſcientie maioris vel minoꝛ quidam enim preſunt vni prouincie ·alij vni homini· alij vno vicio a quo etiam denominantur. ¶ Quinta concluſio demones alteratim vicibus deſcendunt in infernum quia illic aīas detinent ac cruciant. ¶ Sexta concluſio de lucifero quidaʒ dicunt ipſum in inferno religiatum antixp̄i tempore ſoluturū ⁊ hoc dicunt quidam eſſe factum ab eo tempore quo chriſtū temptauit in deſerto. Unde dicunt ipſum primum hominem temptaſſe ⁊ viciſſe & etiam temptaſſe chriſtum et ſ̄eparatum a chriſto fuiſſe. Alij vero dicunt ipſum religiatum ex quo cecidit primi peccati ſui magnitudine. Magiſter dicit ſiue hoc ſit ſiue non credendū eſt ꝙ non habet poſſe accedendi ad nos temptandum q̄d̄ habebit tempore antichriſti. ¶ Septima cō cluſio dyabolus de aliquo vicio aliquem hominem ſi temptauerit ⁊ ſ̄eparatus fuerit ab eo deinceps nullum hominē de illo vicio in quo ſ̄eparatus eſt temptare licebit.

¶ Supra. Diſtinctio ſeptima continens concluſiones ſeptem. ¶ Prima boni angeli qui ad ſuam naturam peccare poterant ſic confirmati ſunt per gratiā ꝙ peccare non poſſunt nec per hoc ſunt minus liberi arbitrij ſed amplius ſed deus autem ſolus natura ſua habet ꝙ peccare non poteſt. ¶ Secunda concluſio mali angeli ſunt a deo in malicia obſtinati ꝙ bene velle non poſſunt nam ſi aliquando volunt non tamen bene neqʒ bonam voluntatem habent nihilominus liberum arbitrium licet multum depreſſe. ¶ Tercia concluſio demones licet ſint obſtinati in malo triplici tn̄ ſcientie ac nature vigent ſcilicet ſubtilitate nature temporum experientia reuelatiōe ſpirituum ſupernorum. ¶ Quarta concluſio ꝙ eorum virtute ſcientie ⁊ artes magice exercentur qm̄ ſcientiam & poteſtatem huiuſmodi operandi a deo demones acceperunt nos ad fallendum fallaces vel ad remouendū fideles vel ad exercendam & probandam iuſtorum pacientiā. ¶ Quinta concluſio creatura corporalis non fuit ad meritum demonibus ſed deo potius. ¶ Sexta concluſio nulla creatura creare poteſt ſed ſolum exercius ad occaſionem neceſſariam

230

15

adhibendo iuuare poſſunt boni angeli ſi iubeant mali permit-
tantur. ¶ Septima cõcluſio·mali angeli multa poſſunt per na
ture ſubtilitatem que nõ poſſunt propter dei vel bonorum an
gelorum prohibitionem. Quidam etiam non poſſunt facē lic;
a ſuperioribus angelis permittantur quia a deo illud facē nõ
permittantur.

¶ **Solet.** ¶ Diſtinctio octaua habet concluſiones tres.
¶ Prima cõcluſio·ſm Auguſtinum angeli ha
bent corpora naturaliter q̃ vnita licet alij cõcorditer dicant an
gelos incorporeas ſed corpora aſſumere in quibus deo iubēte
apparent hominibus que deponunt poſt completionem opa
tionis. In huiuſmodi autem operationibus aliquando locuti
ſunt ex perſona dei ſine deſtructione alicui9 perſone·aliquādo
ex perſona patris vel filij ſiue ſpiritusſancti dicunt autē Au/
guſtinum illud dixiſſe non aſſerendo ſed aliorum opinionem
referendo. Et nota q̄ magiſter non dētmīat ſe ad alteram dicta
rum opinionum ſed tamen illa quā dicit Auguſtinus a nullo
hodie tenetur ſed alia. ¶ Secunda concluſio. deus in ſpecie ſue
eſſentie nunquam mortalibus apparuit ſed apparitiones que
in ſcriptura leguntur ſcilicet per ſubiecturam creaturam an=
gelorum miniſterio facte creduntur. ¶ Tercia concluſio·demo
nes animabus noſtris nullatenus illabuntur· ſolus enim qui
creauit anime illabi poteſt. Et nota q̄ magiſter inquirit an de
mones ſubſtancialit̄ intrent corpora obſeſſorum vel ideo dicā/
tur intrare vel exire quia ibi malicie ſue opus exercent dei per
miſſione vel non exercent dētmīat q̄ ſubſtantialiter nõ intrēt
corda hominum propter malicie ſue effectum intrare dicūtur
de quibus pelli dicuntur cum nocere ſinunt ſed hoc non facit
q̄a ad ꝓpoſitum ipſi ⁊ beda loquuntur de corde ⁊ patet q̄ cor
ibi accipitur pro ſpiritu rationali·vnde ⁊ adducit id actuum
v·cur temptauit & impleuit ſathanas cor tuum de quo cõſtat
q̄ non erat obſeſſus a demone. Et eſt tenēdum q̄ intrare pñt
corpora ſed non corda id eſt non poſſunt illabi animabus.

¶ Diſtinctio nona continet concluſiones nouē.

¶ **Poſt.** ¶ Prima dyoniſius ponit tres ordines angelorũ
& in ſingulis trinos ponens ⁊ ſic ſunt nouem or
dines angelorũ ſcilicet tres ſupiores tres inferiores ⁊ tres medij
Superiores ſm Dyoniſium ſunt Seraphin Cherubin & troni
medij ſm eundem ſunt·dominationes·virtutes·poteſtates. In=
feriores ſm eundem ſunt ·principatus·archangeli· angeli·ſm
Gregorium medij ſunt·dominationes·principatus·poteſtates·
Inferiores vero ſunt·virtutes·angeli·archangeli. ¶ Secunda cõ
cluſio· ordo angelorum dicitur multitudo ſpirituum celeſtiū

qui inter ſe in aliquo munere gratie ſimilantur ſicut ⁊ conue niunt in participatione naturalium donorum & exempla di- cuntur in omnibus angelorum ordinibus. ¶ Tercia concluſio in angelis omnia dona ſunt communia nam oms̄ ardent cari tate & ſcientia ſunt plene ſed ſuperiores alijs excellentius ipſa dona accipiunt a quibus etiam nominantur. ¶ Quarta con- cluſio. quilibet ordo angelorum eius rei cenſetur nomen qm̄ plenius accepit in munere non plenius reſpectu cuiuſlibet or/ dinis ſed ſolum reſpectu inferioris vel nō plenius repectu or/ dinum ſed reſpectu donorum quia illud donum a quo nomi/ natur habet in plenitudine quam alia dona. ¶ Quinta conclu ſio. predicta differentia ordinum non fuit in angelis a ſua crea tione ideo ꝙ dona non acceperunt a quibus dicunt̃ ſed natã alij inferiores alij ſuperiores creati ſunt. Superiores qui a natã magis ſubtiles ⁊ ſapientia amplius perſpicaces. Sꝫ inferiores qui a natura minus ſubtiles ⁊ intelligentia minus pſpicaces facti ſunt. ita ꝙ ſi illi qui ceciderunt permanſiſſet in illis ordi/ nibus fuiſſet in quibus ſunt illi qui eis in naturalibus pares erant. ¶ Sexta concluſio. inter illos angelos qui ſunt in eodeꝫ ordine vnus eſt alio dignior & excellentior ſicut in ordine apo ſtolorum & martirum vnus eſt alio dignior ita ꝙ ſi lucifer ſte tiſſet ſuperior in ordine ſuperiori fuiſſet. ¶ Septima concluſio: non erit decimus ordo hominum in paradiſo. Dicitur tamen in ſcriptura decimus ordo quia tot de angelis ceciderūt quot vnus ordo ex ea potuiſſet conſtitui quorum caſus ꝑ homĩes reparabitur. ¶ Octaua concluſio. homo ſaluaretur etiam ſi angelus non peccaſſet. ¶ Nona concluſio. tot homines ſalua- bunt̃ quot angeli remanſerunt. Vnde homines angelis equa/ buntur.

## ¶ Hoc etiam.

¶ Diſtinctio decima habet concluſiones tres. ¶ Prima. omnes angeli mittuntur ꝙ quidam intelliguntur interdum licet inferiores vt plurimum vel omnes mittuntur quia de omnibus ordinibus interdum mittunt̃. quia tres ſuperiores ordines medijs nunciant ⁊ medij inferioribus. Inferiores vero hominibus ſic omnes ãminiſtrati one ſpiritus appellantur. ¶ Secunda concluſio. hij ſpūs q̄ mit tuntur recipiunt denominationes eoꝝ quoꝝ gerūt officium.

¶ Tercia concluſio·quidam putāt illa nomina Michael Gabriel Raphael nomina propria angelorum. Alij vero nō vni⁹ ſingulariter ⁊ determinate ſed huius & illius ſm qualitatem eorum ad que nuncianda vel gerenda mittuntur ſic etiam demonum quedam nomina ſunt que quidam putant vni⁹ eſſe propria. Alij vero pluribus quia dyabol⁹ grece exterminator interpretatur vl' deorſum fluens Sathan ebraice id eſt aduerſarius dicitur ⁊ belial id eſt apoſtota & abſq₃ iugo dicitur leuiatan id eſt additamenta eorum.

¶ Illud quoq₃.

¶ Diſtinctio·ix·continens concluſiones duas. ¶ Prima cōcluſio eſt ꝙ vnuſqſq₃ hominum in vita iſta ab ordio vice ſue habet bonum angelum ad cuſtodiendum ⁊ malum angelu₃ excitantem ⁊ hoc ſiue vnus pluribuſ deputetur ſiue vnus vni tantum deputetur ſimul licet pluribuſ ſucceſſiue. ¶ Secunda concluſio·quidam dicunt angelos in confirmatione tanta deitatis dilectione atq₃ noticia fuiſſe preditos qđ in his vlterius non proficiunt licet profiterunt in cognitiōe rerum exterio₂ vt incarnationis & huiuſmodi ſed non in contemplatiōe deitatis ſimiliter profecerunt in numero meritorum quia plura bona fecerunt ⁊ faciunt non tamen etiam in merendo q̄a eo₂ caritas non eſt aucta. Alij enim dicunt eos mereri vſq₃ ad iudicium & eos proficere in deitatis cognitione & dilectione nō ſolum in rerum exteriorum noticia. Vnde licet ſicut cōfirmati in beatitudine proficiunt tamen in ipſa ⁊ hec opinio probabilior apparet hec autem opinio magiſtri hodie non tenetur.

¶ Hec.

¶ Diſtinctio·xij·habet concluſiones vij. ¶ Prima concluſio· de⁹ in p̄ncipio ante omnē diem creauit celum id eſt naturam angelicam licet informē vt quibuſdam placuit ⁊ terram id eſt materiam quatuor elemētorum ex qua informis materia per interualla ſex dierum re₂ corporalium genera ſm proprias ſpecies ſunt formata. ¶ Secunda concluſio· ꝙ cū illa informis materia nominat̄ terra inanis ⁊ vacua abiſſus tenebroſa ⁊ aqua eſt autem dicta cū his vocabulis eſt vocata vt res ignota notis vocabulis inſummaretur imperitioribus ⁊ non vno tantum vt non hoc eſſe putaretur qđ conſuetum erat illo vocabulo deſignari. ¶ Tercia cōcluſio·ꝙ ideo dicitur terra ꝙ non eſt ſpecioſa inanis ⁊ in compoſita propter omnium elementorum cōmixtione₃ abiſſus tenebroſa quia confuſa & commixta ſpeciebuſq₃ diſtinctis carens aqua quia ſubiacebat voluntati creatoris & ideo omnia que in terra naſcuntur ab homine formari ceperūt. ¶ Quarta

concluſio tenebre de ſe vel dicunt ſed tantum abſentiam lucis
ratione autem ſubiecti aliquid ponunt quare & benedicē do-
minum dicuntur. ❡ Quinta concluſio illa materia dicitur in-
formis non quia forma omnino careat ſed quia in forma con-
fuſionis prius omnia corpora materialiter ſimul & ſemel ſunt
creata poſtmodum in forma diſpoſitionis ſex diebus ſunt ordi
nata. ❡ Sexta concluſio illa materia porrigebat vſq̧ in alterū
quouſq̧ ſummitas nature corporee pertinget. ❡ Septima con
cluſio deus quatuor modis operatur: primo in verbo omnia
diſponendo: ſecundo informem materiam quatuor elementorū
de nihilo creādo: tercio per opera ſex dierum creaturas varias
diſtinguendo: quarto cum ex primordialibus ſeminibus non
in cognite oriuntur nature ſed nota ſepius reformanī ne peāt

❡ **Prima.**

❡ Diſtinctio xiij continet decem concluſio-
nes. ❡ Prima. ꝙ primum opus dilectionis
fuit formatio lucis. ❡ Secunda concluſio. ꝙ
per illam lucem primo formatam poteſt intelligi natura ange
lica que tunc formata fuit quando conuerſa fuit ad in cōmu-
tabile lumen verbi dei ⁊ ei caritate adheſit poteſt etiam per
ipſam intelligi corpus aliquod lucidum vel vt nubes lucida
nō de nullo ſed de aliqua preiacincti materia facta cum qua
ex orta eſt prima dies quia ante lucem nec dies fuit nec nox li
cet tempus fuerit. ❡ Tercia concluſio lux illa facta eſt vbi ſol
quottidiano curſu circumiectet apparet eadem tramite circū-
ueniens mane & veſperam faciebat per hoc diem ⁊ noctem.
❡ Quarta concluſio dies tripliciter accipitur: vno modo pro
luce que in primo triduo tenebras illuminabat: alio modo ꝓ
illuminatione aeris: tercio pro ſpacio vigintiquatuor horarū
qualiter accipitur ibi factum veſpere ⁊ mane dies vnus ita ꝙ
prius veſpere & poſt mane. ❡ Quinta concluſio primus dies
non habuit mane nam mane finis precedentis & initium ſe-
quentis diei & hoc eſt aurora que nec plenam lucem nec omēs
tenebras habet habuit autem veſpere quia non ab aurora ſed
a plena luce inchoatur. Alij dies omēs habent mane ⁊ veſpe
quorumquiſq̧ a ſuo mane incipit & in alterius diei mane ter
minatur. ❡ Sexta concluſio ſm̄ naturalem ordinem precedēs
dies ſequēti nocti adiūgi debet vt dies xxiiij horaꝝ ꝯpleāt diei
ſed qa per xp̄m a tenebris homo redigit ad lucē ideo mō nox

ſequenti diei adiungitur a veſpera in veſperam computando.
¶ Septima concluſio. nox in primo triduo fuit omnino tene
broſa que poſt creata ſydera aliqua luce claruit. ¶ Octaua cõ
cluſio. ſol factus eſt quia illa lux non ſufficiebat ad illuminã
dum partes inferiores vel potius quia ſole facto fulgor dei fa
ctus eſt. Eſt autem ſol fact⁹ de illa luce vel ſic illa lux vnitur
ſoli vt diſcerni non poſſit. ¶ Nona concluſio. ꝙ deus dixit fiat
⁊c non temporaliter ſed in filio diſpoſuit eternaliter vt in filio
effectu fieret temporaliter. ¶ Decima concluſio. pater dicitur
per filium & ſpiritumſanctũ operari ꝙ ſint eius inſtrumenta
ſed ꝗa pater cũ filio & ſpirituſancto operatur ⁊ ſine eis nihil
facit Dicitur autem hoc de patre vt in eo auctoritas demõſtretᷣ
vel dicitur operari pater per filium quia opificeꝫ genuit ſicut
dicitur per eum iudicare & generare quia iudicem generauit:
ſicut ⁊ ſpiritumſanctum dicitᷣ operari ſiue pater ſiue filius ꝗa
ab vtroqꝫ procedit ſpirituſſanctus.

¶ Dixit quoqꝫ

¶ Diſtinctio decimaquarta determinat
de opere. ij. iij. & iiij. dierum. Quo ad op⁹
ſecunde diei ponit tres ↄcluſiones. ¶ Pri
ma ſecunda die factũ eſt firmamentum ꝙ eſt celum ſyderum
de aquis licet quidam aſſerunt ipſum celum eſſe purum ignẽ
de quo igne ſydera & luminaria dicunt facta quibus etiã Au
guſtinus conſentire videtur aqua autem que ſuper ſunt glaci
ales ſunt & ſolide. ¶ Secunda concluſio. firmamentum dici pt̃
non ꝓpter ſtationem ſed ꝓpter firmitatem vel termini aquaꝝ
intranſgreſſibilem an auteꝫ ſit figure ſperice vel moueatur ſpi
rituſancto quanuis auctoritates nr̃i ſcriptores biblie ſciuerũt
per eos dicere nolunt niſi ꝙ proſit ſaluti. ¶ Tercia concluſio:
in opere ſecunde diei non eſt dictum vidit deus qd̕ eſſet bonũ
ꝙ tamen dictum eſt in aliorum dierum operib⁹ eo qd̕ binari⁹
primum alcercatis eſt & ſignum diuiſionis ab vnitate. Quo
ad opus tercie diei ponit tres concluſiones ¶ Prima opus ter
cie diei. eſt cõgregatio aquarum in vnum locum & terra que
prius latebat et que aquis limoſa erat fuerat arida ⁊ ꝓtulit
eodem die herbam virentem lignumqꝫ faciens fructum. ¶ Se
cunda concluſio. aque fuerunt in vnum locum cõgregate ꝗa
terra eas in ſuis concauitatib⁹ recepit ⁊ quia prime aque iſtis
fuere rariores que congregate ſpiſſe fuerunt. ¶ Tercia ↄcluſio
aque dicunt ↄgregate in vnum locũ cuncta maria ⁊ flumina
magno mari iunguntur. Quo ad opus quarte diei ponit cõ-
cluſiones quinqꝫ. ¶ Prima in illo triduo primo quatuor ele-
menta ſunt diſtincta ⁊ ordinata in locis ſuis et trib⁹ ſequẽtib⁹

ſunt ordinata·quarta enim die firmamentum ornatum eſt ſole ⁊ luna & ſtellis· et quinta die aer in volatilibus ⁊ aqua in piſcibus·ſexta die terra in beſtiis ⁊ iumentis et homine q̄ factus eſt de terra ⁊ in terra non tamen ad terram & propter terram ſed ad celum ⁊ propter celum. ¶Secunda concluſio ce'ũ ſpeciem prebet ceteris elementis quia prius alijs factum eſt ideo quarto die ordinatur. ¶Tercia concluſio·luminaria facta ſunt vt pars inferior illuſtretur ne eſſet hominibꝫ tenebroſum prouiſum eſt humane fragilitati vt vteretur viciſſitudine diei & noctis circumeunte·ſole propter vigilandi dormiendiqꝫ neceſſitatem ⁊ etiam vt nox maneret decora et eſſet conſolatio illis quibus in nocte incumberet neceſſitas operandi & quia quedam alia ſunt que lucem ferre non poſſunt. ¶Quarta concluſio·ꝙ cum tempus ſit ante quartam diem fuit per tempora q̄ fiunt per ſidera non ſpacia hore ſed viciſſitudine q̄litatiſ aeree debemus accipere quiā talium ſiderꝝ motibus fiunt. ¶Quinta concluſio·luminaria ſunt in ſigna ſerenitatis & tempeſtatis et in tempora quia per ea diſtinguimꝰ quatuor anni tempora ſcꝫ ver ·eſtatem ·autumnum ·& hyemem vel ſunt in ſigna & tp̄a id eſt in diſtinctionem horarum temporis.

## ¶Dixit etiam.

¶Diſtinctio·xv· determinat de opere q̄nte ſexte & ſeptime dierum . Quo ad opus quinte diei eſt vna concluſio ſcilicet ꝙ quinta die formati ſunt de aquis piſces in ornatum aque aueſ vero in ornatum aeris. Quo ad opus ſexte diei ſunt quinqꝫ cõcluſiones. ¶Prima ſexte diei opus deſcribitur cum terra ſuis animalibus ornari dicitur . ¶Secunda concluſio omnia animalia creata ſunt innoxia ſed ꝓpter peccatum facta ſũt noxia ⁊ nocent puniendorum & terrendorum viciorum vel virtutis probandi vel efficiendi . ¶Tercia concluſio·animalia que de mortuorum corporibus naſcuntur in principio non niſi potẽter creata fuerunt omnia alia que naſcuntur creata non congrue dici poſſunt . ¶Quarta concluſio·omnibus creatis atqꝫ diſpoſitis nouiſſime factus eſt homo. ¶Quinta ꝯcluſio·quidã dicunt res creatas atqꝫ diſtinctas per interuallũ ſex dierꝝ q̄buſ ſcriptã intelligẽ videret atꝫ magꝰ ap̄pbat. Alij dicũt p̄teſ mũdi

L

principales ſimul eſſe factas ſez celos ſtellas ⁊ elementa her bas vero ⁊ arbores ſolum materialiter & forte animalia ⁊ hoc Augu. ſuper geneſi nititur oſtendere quo ad opus ſeptie diei ſunt concluſionns quatuor. ¶ Prima deus die ſeptimo requieuit vt nouam creaturam non faceret vlterius cuius materia ā ſimilitudo non preceſſit. ſed vſqʒ nunc operatur vt qui ꝯdidit continere ⁊ gubernare non ceſſat. ¶ Secunda concluſio. ſingula que deus condidit ſunt bona. ſimul vero vniuerſa valde bona. quia ex omnibus conſiſtit vniuerſitatis pulcritudo. ī qua etiam malum eſt bene ordinatum eminentius comendans bonum. ¶ Tercia concluſio deus dicitur opus ſuum ſeptima die compleuiſſe quia ipſum benedixit & ſanctificauit. licet nullū aliud opus in eo fecerit vel compleuerit id eſt completum & conſūmatum vidit. ¶ Quarta concluſio. quia in ſex dieb⁹ rerū genera ſunt diſtincta ⁊ in ſeptimo fuit ſtatus. ideo numerādo dies vſqʒ ad ſeptimum vel ſeptem procedimus quorum repetitionem omne opus agitur vel eligitur.

¶ Hys. ¶ Diſtinctio. xvi. habet concluſiones. vii. ¶ Pria eſt. cum deus dixit Faciamus hominem ad ymaginem ⁊ ſimilitudinem. in eo ꝙ dixit. faciam⁹. vna ⁊ eadē opatio trium perſonarum oſtenditur. Sed in eo ꝙ dicit ymaginē et ſimilitudinem vna ⁊ eadem ſubſtantia trium perſonarum monſtratur. Vnde ex perſona patris ad filium et ſpiritumſanctum hoc dicitur niſi angelis vt quidam putant. ¶ Secūda cōcluſio ymago relatiue dicitur ad illud cuius ſimilitudinē gerit ⁊ ad quod ꝛpreſentandum facta eſt. ⁊ ideo ymago improprie dicitur de deo ſicut eſt id ad quod aliud fit. ¶ Tercia concluſio filius dei dicitur ymago patris. ⁊ quidam dixerunt hominem non eſſe ymaginem dei. ſed ad imaginem. Sʒ apoſtol⁹ dicit ꝙ vir eſt ymago. Alii dicunt hic per ymaginem filiū per ſimilitudinem vero ſpiritum ſanctum tamen in homine congruentius ymago et ſimilitudo eſt querenda. ¶ Quarta ꝯclo. homo dicitur factus ad dei ymaginem ſ̄m memoriam intelligentiam ⁊ dilectionem. Ad ſimilitudinem vero ſ̄. innocentiā ⁊ iuſtitiam vel ymago conſideratur in cognitione veritatis. ſimilitudo vero in amore virtutis. vel ymago in aliis. ſimilitudo in natura. ita ꝙ ymago pertinet ad formam. ſimilitudo ad naturam. ¶ Quinta concluſio. homo ſ̄m animam factus eſt ad ymaginem ⁊ ſimilitudinem non patris vel filii vel ſpiritusſcti Sed tocius trinitatis. ita et ſ̄m animam dicitur homo ymago dei eſſe. quia ymago dei in eo eſt. ¶ Sexta ꝯcluſio homo ymago dei dicitur ⁊ ad ymaginem. filius autem ymago dicit̄ non ad ymaginem. quia natus nō creatus eq̄lis et in nullo diſſilis

homo creatus non genitus ideo nō equalis ſed quadam ſimilitudine accedens. ¶ Septima cōcluſio · in corpore hominis eſt quedam proprietas que indicat hominē eſſe ſimilem deo ſcʒ recta ſtatura qua corpus anime rationali congruit q̄a in celū erectum eſt.

¶ Hic. ¶ Diſtinctio · xvi · habet concluſiones decē. ¶ Prima formatio hominis ſm̄ corpus deſcribitur cū dicitur formauit dominꝰ hominem de limo terre ſm̄ animam vero cui additur et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vite. ¶ Secunda concluſio · flatus quo deus hoīem animauit id eſt hominem fecit factus a deo non de deo ſed nec de aliqua materia ſed de nihilo. ¶ Tercia concluſio · anima ade ſm̄ Auguſtinum cū angelis creata fuit ſine corpore & poſtea naturaliter vnita corpori. alij dicunt creatam eam fuiſſe in corpore. De alijs autem animabus certiſſime eſt tenendum q̄ deꝰ eas creādo infundit corporibus ⁊ infundendo creat. ¶ Quarta concluſio · anima Ade in ſui creatione non fuit preſcīa futuri ſui operis iuſti vel iniuſti. ¶ Quinta concluſio · Adam factus eſt continuo in etate virili non ſm̄ cauſas inferiores quia non erat in rerum cauſis ſeminalibus vt ita fieret ſed ſm̄ ſuꝑiores que ſunt voluntas dei ⁊ potentia contra naturam non oꝑans quia in rerū cauſis naturalibus erat vt fieri ita poſſet. ¶ Sexta concluſio · homo extra paradiſum fuit formatꝰ poſtmodū ibi poſitus eo q̄ non erat ibi permanſiuus vel vt non nature ſed gratie aſcriberetur. ¶ Septima concluſio de paradiſo fūt tres ſententie quidam paradiſum corporaliter tantū accipiūt: alij ſpūaliter tantū: alij vtroqȝ modo ⁊ hoc placet mihi. ¶ Octaua concluſio paradiſus in quo homo fuit poſitus eſt locus ameniſſimꝰ corporalis fructuoſus arboribꝰ magnis ⁊ magno fonte fecundus factus · tercia die in parte orientali ꝑtingens vſqȝ ad lunarem circulum vnde nec aque diluuie illuc peruenerunt ſegregatus a terra habitabili interminaces de terra vel maris lōgo ſpacio. ¶ Nona concluſio · in paradiſo terreſtri erāt ligna diuerſi generis inter que erat lignum vite q̄ a deō vim accepit vt qui ex eius fructu ederet corpus eiꝰ nullā infirmitatē vel etatis imbecilitatem in deterius vel occaſus labaret ſed ꝑpetua ſoliditate firmaretur ⁊ lignum ſcientie boni & mali dictū eſt ex euentu quia homo in eſu fetus illius experiendo didicit q̄d ſit inter bonum obedientie & malum inobedientie. ¶ Decima cōcluſio · nullum malum erat edere de fructu ligni ſciētie boni ⁊ mali non q̄ prohibitum fuit aut proprie prohibitum vt ꝑ ſe bonum obedientie ⁊ malum non obedientie monſtraret.

¶ Idem. ¶ Diſtinctio·xviii·continens concluſiones·ix·
¶ Prima mulier de coſta viri in paradiſo eſt for
mata poſt plantatum paradiſum hominemq; in ea prepoſitū
ad ducationem animalium ⁊ nominationem. ¶ Secunda con
cluſio vir prius formatus eſt deinde mulier de viro : vt vnum
eſſet humani generis principium quantum in hoc ⁊ ſuperbia
dyaboli confunderetur que aliud a deo principium eſſe cupi=
ebat homo autem hoc accepit ex munere q̄ dyabolus ꝑ ſe vo
luit rapere ⁊ per hoc ymago dei ī homine apparuit quia ſicut
deus prius omnibus exiſtit principium creationis :ita homo
omnibus hominibus principiū generationis ⁊ ideo etiam ex
vno homine noluit eſſe deus vt dum cognoſceret ſe ab vno eē
oīs ſe quaſi vnum amarent. ¶ Tercia concluſio ideo mulier
producta eſt de latere vt oſtenderetur q̄ creabatur in ꝯſortiu;
dilectionis ⁊ iuxta ſe ponendam cognoſceret vt ſociam nō vt
dominā nec ancillam ideo nō de capite formata eſt nec de pede
¶ Quarta concluſio ipſa extracta eſt de latere viri dormientiſ
non vigilantis vt dei potentia oſtenderet̄ que dormientiſ locus
apparuit ⁊ eum a ſopore quietis non excitauit: ⁊ vt ſacramen/
tum chriſti ⁊ eccleſie panderet̄ quia ſicut mulier de latere viri
dormientis formata eſt ſic ⁊ de ſacramentis que de latere Xpi
dormientis in cruce profluxerunt ſcilicet ſanguis ⁊ aqua qui
bus redimimur a penis ⁊ abluimur a culpis et a peccatis.
¶ Quinta cōcluſio corpus mulieris de ſola coſta Ade ſubeſt
ſine omni extrinſeco additamento per diuinam potentiam eſt
formatū eo miraculo quo etia; quinq; milia hominū quinq;
panibus ⁊ duobus piſcibus ſaturauit. ¶ Sexta cōcluſio facta
eſt a deo femina licet fuerit angelorum miniſterio formata q̄a
non ſunt creatores nec formare coſtam in mulierem nec carnis
ſupplementum in locum coſte facere potuiſſet licet etia; ad co
ſtam miniſtrarent. ¶ Septima concluſio cauſe omnium rerū
ſūt in deo ab eterno quia cauſe dicūtur primordiales ⁊ que ſi
in deo fuit vnum tamen effectus varioſ plura nominantur in
creaturis autem ſunt cauſe non omnium ſed quorundam que
rationes ſeminales ⁊ cauſe primordiales dici pn̄t licet ſint illa
que ſunt in deo quia illa immutabilia ⁊ cauſe ſunt iſtaꝝ iſta
vero mutari poſſunt ⁊ cetera ſunt ab iſtis. ¶ Octaua conclu=
illa que fuit ſm cauſam ſententialiter dicunt̄ naturaliter fieri
alia vero preter naturam quorum cauſe tantum ſūt in deo vt
ſunt illa que fiunt per gratiam ⁊ etiam futura mulieris de co/
ſta viri. ¶ Nona concluſio·q̄ catholica credit eccleſia nec ſimt
nec extraduce factas animas ſed in corporibus per coytum ſe/
minatum atq; formatum infundi et in fundendo creari : vnde

deus animas de nihilo creat ſed vnūquodqꝫ eſt corpus ſigil/
latum

¶ Solet. ¶ Diſtinctio xix· habet ꝯcluſiõs iij. ¶ Prima ꝙ ho
mo in ſtatu innocentie poterat mori ꝛ non mori
erat ſubſtantia panis ꝛ vini poſt conſecrationem fit ſubſtan/
cia corporis ꝛ ſanguinis tñ vt non eis efficiatur ꝛ ſic dicunt
tranſſire panem in corpus xp̄i quia vbi prius erat panis nūc
ē corpus xp̄i tunc dicūt aut panē in nihil redigi aut in materi
am preiacentem reſolui. Alij putauerunt ibi ſubſtanciam pa=
nis et vini remanere et ibidem corpus criſti etiā et ſanguinem
et hac ratione dici ſubſtantiam illam fieri iſtam quia vbi eſt
hec et illa ſcitur ꝙ autem ibi nō ſit ſubſtancia niſi corpus xp̄i
et ſanguinis ex predictis et ſubſequentibus aperte oſtenditur
¶ Quarta concluſio poſt conſecrationem non eſt ibi ſubſtan=
cia panis vl' vini ſed ſpecies remaneant. Eſt n. ibi ſpecies panis
ꝛ vini ſicut ꝛ ſapor vnde aliud ibi videtur ꝛ aliud intelligitur
¶ Quinta concluſio criſtus ſub alia ſpecie corpus ſuū et ſan/
guinē tradidit et deinceps ſumi inſtituit trib⸫ de cauſis ¶ Pri
ma vt fides meritū habeat que eſt de his que nō vident̄ ¶ Se
cunda ne abhominaret homo carnem crudam comedere qa
hoc non habemus in vſu. ¶ Tercia ne ab incredulis religio/
ni noſtre inſultaretur quia cruorem hominis occiſi bibere=
mus ¶ Sexta concluſio ſub duplici ſpecie ſumitur tamen ſub
vtraqꝫ tot⸫ fit xp̄us nec pl⸫ ſub vtraqꝫ nec min⸫ ſub altera ſu/
ſumit̄ vt oſtendatur totam naturam humanam aſſumpſiſſe
et ſimiliter totā redimiſſe. ſcꝫ corpus et animam. panis ad car/
nem et ſanguis ad animam refertur et vt vtriuſqꝫ liberatio in
nobis ſignificetur. ¶ Septima concluſio licet ſub vtraqꝫ ſpecie
totus xp̄us ſummatur. non tamen fit conuerſio panis niſi in
carnem nec vini niſi in ſanguinem. nec debent dici duo ſacra=
menta ſed vnum. quia ſub vtraqꝫ ſpecie idem ſūmitur nec de/
bet dici iterari ſacramentum. Quia benedictio non repetitur
ſuper eandem ſpeciem nec alie ſubſtantie offerri debent in ſa=
crificio quia de alijs nō poteſt conſecrari corpus vel ſanguis
¶ Octaua concluſio. aqua admiſcenda eſt vino in calice nam
et hoc criſtus fecit. ꝛ aqua ſignat populum qui xp̄i paſſione
eſt redemptus. ¶ Nona concluſio ſiquis non intendens intro
ducere hereſim obliuione aut ignorantia. aquam pretermitte
ret non videtur irritum eſſe. ſed ille grauiter eſſet corripiend⸫
Nam et greca eccleſia non apponere aquam dicit̄. ¶ Decima
concluſio. aqua ſine vino nullatinus poteſt in ſacrificiū offer/
ri nec panis niſi de frumēto. nec granū frumenti niſi redactū

in panem·quia xp̄s et panem ſe dicit·et grano frumēti ſe cō/
parat. ¶ Vndecima concluſio·xp̄s tale corpus tunc dedit q̄le
habuit id eſt mortale ⁊ paſſibile. Nunc vero ſumitur a nobis
immortale et impaſſibile. ¶ Duodecima cōcluſio euchariſtia
intincta non debet dari populo pro ſupplemento communio=
nis·quia non legitur xp̄m alicui diſcipulorum prebuiſſe panē
intinctum niſi Iude ⁊ tunc vero non accepit iudas corp9 xp̄i
ſed tantum panem. Corpus vero et ſanguinem xp̄i ante cum
alijs diſcipulis perceperat:·

## ¶ Si autem.

¶ Diſtinctio duodecima habet concluſio/
nes octo. ¶ Prima: q̄ accidentia que rema
nent ſcilicet ſpecies ſapor et pondus poti9
fatendum eſt eſſe ſine ſubſtantia q̄ in ſubſtantia. Quia ibi nō
eſt ſubſtantia niſi corpus et ſanguis domini quibus non acci
dunt illa accidentia. Non enim talem formam habet in ſe cor/
pus xp̄i ſed qualis in iudicio apparebit. ¶ Secunda concluſio
Quidam dicunt q̄ ibi non eſt fractio ſicut videtur. Sed dicit̄
frangi·quia videtur frangi. Alij dicunt q̄ ibi non eſt res in q̄
ſit illa ſpecies·ita eſt ibi fractio que non fit in aliqua re · quia
nihil ibi frangitur. Alij dicunt: corpus xp̄i eſſentialiter frangi
et diuidi ⁊ tamen integrum et incorruptibile exiſtere. Sed di
ctum eſt q̄ ibi eſt vera fractio et partitio que non fit in ſub=
ſtantia ſed in ſacramento·id eſt in ſpetie. Xp̄i autem corpus ē
in ſingulis partibus. ¶ Tercia concluſio: triforme eſt corpus
xp̄i. Nam pars hoſtie miſſa in calicem corpus chriſti pro ec/
cleſia militante iam ſurrexiſſe monſtrat. pars comeſta corpus
ambulans adhuc ſuper terram. Pars in altari vſq; ad finem
miſſe remanens corpus xp̄i iacens admiſcenda pro his q̄ ſūt
in purgatorio · in ſepulcro: nam vſq; ad finem ſeculi corpora
ſanctorum in ſepulcris erunt. Fractio autem paſſionis ⁊ mor
tis xp̄i eſt repreſentatio. Et eſt notandum q̄ hodie non ſer=
uatur apud nos de reſeruanda parte vſq; ad finem miſſe·
¶ Quarta concluſio·caueat quiſq; ne indignus percipiat: q̄a
iudicium ſibi manducat. Indignus eſt qui aliter celebrat mi=
niſterium q̄; xp̄s tradidit· Vel qui habens mortale peccatum
accedit. Sic igitur viue vt quotidie merearis accipere·ait Am/
broſius. ¶ Quinta concluſio illud quod gerit ſacerdos in alta
ri eſt ⁊ dici debet ſacrificium vel imolatio · et ſemel. Chriſtus
mortuus eſt in cruce ſcilicet ibi imolatusq; eſt in ſeipſo. Quo
tidie autem imolatur in ſacramento. Quia in ſacramento re/
cordatio fit illius q̄d ſemel factum eſt ⁊ vbicunq; offert̄ vnū

corpus eſt c riſti et ita vnum ſacrificium. Vñ hoſtia quam criſtus obtulit offerim⁹ hm qđ nos agimus ē recordatio illi⁹ ſacrificij. ¶ Sexta concluſio hoc ſacramentum inſtitutum eſt in augmentum virtutis ſcilicet caritatis et in remedium cottidiane infirmitatis. Valet enim ad remiſſionem venialium. ¶ Septima concluſio ꝙ miſterium fidei dicitur cui credere debes ꝙ ibi ſalus noſtra conſiſtat. ¶ Octaua concluſio: cottidie ſumere eucbariſtiam nec laudo nec vitupero. omnibus tamē dominicis diebus hortor communicandum. et ſi non frequenter ſaltem ter communicent in anno homines: niſi forte quis criminalibus impediatur. ſcilicet in paſca in penthecoſte et in natali chriſti. Et notandum ꝙ hodie fideles communicari nō tenentur niſi tantum ſemel in anno. extra de peniten. ⁊ re. Omnis vtriuſqꝫ ſexus. niſi ratione officii ſicut ſacerdos qui ſemꝑ tenetur communicari quocienſcunqꝫ conficit corpus chriſti de conſecratione diſtinctione ſecunda Relatum. niſi cauſa periculi magni. vel in infirmitate in qua eſt mortis periculum.

¶ Diſtinctio. xiij. continet concluſiones vi.

## ¶ Solet etiam

¶ Prima ꝙ de corpore chriſti de baptiſmate et criſmate hoc tenendum eſt: ꝙ bonorum diſpenſatorum meritis non ampliatur nec malorum de meritis attenuatur. Vnde mali ſacerdotes vere conſecrant. Nota ꝙ non in merito conſecrantis. ſed in verbo efficit̄ ſaluatoris. ¶ Secunda concluſio excommunicati et de hereſi manifeſte vocati et ſymoniaci non videntur hoc ſacramētum poſſe conficere licet ſacerdotes ſint. Quia nemo in ipſa conſecratione: offero: ſed offerim⁹. ⁊ nemo niſi ſit de eccleſia catholica dicit offerimus. quaſi ex perſona eccleſie. Et ideo licet alia ſacramenta extra eccleſiam poſſint conſecrari de hoc non videtur. Hic non tenetur magiſter niſi intelligas ꝙ non poſſint de iure. ¶ Tercia concluſio ꝙ miſterium ideo dicitur ꝙ reconditam et ſecretā habeat diſpenſationem. Sacrificium vero quaſi ſacrum factum. Sacramētum vero cum res ita fit vt aliquid rei ſignate accipiamus ſacramenta dicuntur. etiam ideo quia ſub tegumento viſibilium rerum diuina virtus ſecretius ſalutem operatur. Vnde a ſecretis virtutibus ſacramenti ſacramēta dicuntur panis ⁊ calix ſacramentum grece euchariſtia latine bona gratia interpretatur. ¶ Quarta concluſio in huiuſmodi ſacramenti expletione oportet formam ſeruari ⁊ haberi ſcilicet vt ſit ſacerdos et intentionem haberi oportet. vt ſcilicet illud facere intendat quod facit eccleſia. Vnde dato ꝙ non recte credat de ſacramento. exquo tamen intendat ea dicere et agere que ab alijs geruntur impletur miniſterium. ¶ Quinta

concluſio a brutis animalibus corpus xp̄i non ſumitur . et ſꝫ ſi videat quid manducat mus deus nouit. Et notandū qm̄uis mus vere manducet ſpecies in quibus et ſub quibꝫ veraciter eſt corpus xp̄i·non tamen manducat ipſum ſacramētum ſub ratione qua ipſum eſt ſacramentum. ¶ Sexta conclusio ſm̄ Hylarium·hereſis eſt de intelligentia ſuple· falſa nō de ſcripta. Et ſm̄ Hieronimum ex verbis inordinate prolatis incurrit̄ hereſis. Et ſm̄ Auguſtinum hereticus eſt qui alicuius temporalis commodi in maxime glorie principatuſqꝫ ſui gratia falſas et nouas opiniones gignit.

## ¶ Poſt hec ſequitur·

¶ Di·xiiii·cōtinens ꝯcliones·viii

¶ Pr̄ia eſt· ꝙ pn̄itia longe poſita neceſſaria ē vt appropinquet. Eſt enī ſcd̄a tabula poſt naufragium Prima tabula eſt baptiſmus·vbi deponit̄ vetus hō ⁊ induitur nouus homo. Secunda eſt penitētia qua poſt lapſum reſurgimus· licet enī homini ſepius penitere·ſed non baptiſari ¶ Secunda concluſio·duplex penitētia eſt Interior·et exterior· Interior virtus mentis eſt. Exterior ſacramentum eſt·⁊ vtraqꝫ cauſa ſalutis eſt ⁊ iuſtificationis eſt . ¶ Tercia concluſio. Iohannis predicatio cepit a penitentia·et etiam xp̄i· dicitur aūt penitentia a puniendo qua quis punit illicita que commiſit. Virtus autem penitentie a timore concipitur. ¶ Quarta concluſio penitentia eſt virtus qua commiſſa cum emendationis propoſito plangimus et odimus· ⁊ plancta vlteri⁹ cōmittere nolumus . ¶ Quinta concluſio penitnere eſt penam tenere vt ſemper puniat in ſe vlciſcendo quod commiſit peccando· ergo penitentia eſt vindicta ſemper puniens in ſe ꝙ dolet ſe commiſiſſe ¶ Sexta ꝯclio: penitentia ⁊ alia bona opera facta in caritate per ſequens peccatum mortificantur vt nō forciantur mercedem quam merentur cū fierent. Sed ſi de peccato mortali agatur penitentia que proceſſit et alia bona in caritate facta reminiſcunt·que autem ſine caritate fiunt mortua ſunt et per penitentiam reminiſcere non poſſunt· ¶ Septima concluſio ſolēnis penitentia ſm̄ Ambroſium eſt: que fit extra eccleſiam in manifeſto in cinere ⁊ cicilio·que pro grauioribus horrendis ac manifeſtis delictis tantum imponitur·et illa non eſt iteranda ꝓpter reuerentiam ſacramenti et ne vileſcat et contēptibilis hominibus fiat. ¶ Octaua cōcluſio·euidenter oſtenditur ſanctorum teſtimonijs per penitentiam non tantū ſemel ſꝫ ſepius nos a peccatis ſurgere:et veram penitentiam ſepius agere· licꝫ aliqui contrarium dixerunt.

## ¶ Et ſicut·

¶ Di·xv·habet ꝯcliones·ix· ¶ Pr̄ia ꝙ flagella: qn̄qꝫ mōis contingūt. Primo vt iuſtis merita per pacientiam augeantur. Vt Iob ſecundo ad cuſtodiam.



49

virtutū ne ſuperbia temptet' vt ſcꝫ paulo. Tercio ad correctiō[n]i pcti vt marie lepra: ad gliam dei vt ceco nato: q̄nto ad inchoatiōeꝫ pene vt herodi cuius pena fuit ichoata et in inferno conſumata iuxta illud pſalmiſte. Duplici contritione contere eos domine. Secunda concluſio genus humanum diluuio: ſodomitas igne: egipcios in mari: yſrahelitas in heremo temporaliter puniuit pro peccatis ne ineternum punirentur. Nota q̄ hoc dictum de his intelligas qui inter ipſa flagella penitentiam egerunt credentes in deum hebreorum q̄muis ⁊ ſi breuē ⁊ momentaneam non tamen eam reſpuit deus. Tercia concluſio quando quis flagellatur pro peccato cuius non eſt conſcius ſi pacienter fert penam ⁊ humiliter cogitans ſe forte peccatum habere: quod non intelligit etiam pro eo puniri a deo pena illa ſatiſfacit ⁊ releuat grauamen. Quarta concluſio: in mortali peccato permanentes ⁊ ſi elimoſinas largas faciant non tamen per eas ſatiſfaciunt quia inordinate agunt dum a ſe non incipiunt nec proprie dicitur elemoſina tale opus dū ſibiipſis crudeles exiſtunt non placentes deo. Quinta concluſio q̄muis aliqui contrarium dixerunt & non ē dicēda illa peccati ſatiſfactio nulla. q̄muis agit pro peccato dum perdurat in altero: Quia nihil prodeſt bona agere niſi mens reuocetur a peccato. Et ſi ſacerdoti confeſſus vnum peccatum fuerit alijs tacitis et ſatiſfecerit ad arbitrium ſacerdotis poſt conuerſus ⁊ tacitum peccatum fuerit confeſſus: de vtroqꝫ eſt ei ſatiſfactio imponenda. quia de primo condigne non ſatiſfecit. Sexta concluſio bona ſine caritate facta et in mortali culpa quā non delet ſequens penitentia proſunt ad tolerabiliorem penam ſentiendam. ſed non ad vitam eternam obtinendam. Septima ꝯcluſio q̄ falſa penitentia conſtat cum ſpretis pluribꝰ de vno ſolo agit penitentiam vel cum de vno agitur vt non diſcedat ab alio. Octaua concluſio illa eſt vera penitentia que pctm abolet. et q̄ illa ſola facit que ſola peccata corrigit que portat odium cōmiſſi criminis ⁊ committendi cum deſiderio ſatiſfaciendi aufertur. Nona concluſio q̄mdiu res propter quam peccatum eſt non redditur ſi reddi poteſt non agitur penitentia ſed fingitur.

**In perfectione.** Diſtinctio. xvi. habet concluſiones iiij. Prima eſt q̄ penitentia ꝯſiſtit in tribꝰ ſcꝫ in cordis compunctione: oris ꝯfeſſione: ⁊ operis ſatiſfactione. ſꝫm q̄d tripliciter deum offendimus: ſcilicet corde ore & opere vel corpore facto ⁊ cōſuetudine que tria deſignantur per tria mortuorum genera que legunt̄ deum ſuſcitaſſe. Secunda concluſio ſatiſfactō que a iohanne paciebatur vbi dicit facite condignos fructus penitentie vt ſꝫm qualitatem & quantitatem culpe fit

qualitas ꝛ quantitas pene. Vnde falſas penitentias dicimus ꝛ ſatiſfactiones que non ſm̄ actoritates ſanctorum ꝓ qualitate criminum imponuntur. ¶ Tercia concluſio tribꝫ modis agit̄ penitentia ſcilicet ante baptiſmum de prioribus peccatis perpetratis poſt baptiſmum de grauibus que poſt cōmittuntur eſſet etiaꝫ penitentia venialium quottidiana que eſt humiliū & perfectorum. ¶ Quarta concluſio pro venialibus eſt ſatiſfactio ſufficiens dominica oratio cum ieiunio aliquo & elemoſinis ſic tamen vt precedat contricio aliquantula & addatur cōfeſſio ſi aſſit facutlas ſacerdotis pro grauioribus vero pc̄tis etiam in ſatiſfactione adhibenda ſunt ſed multo vehemētius ꝛ diſtinctius.

¶ Hic igitur· ¶ Diſtinctio xvij ·continens concluſiōes ſex. ¶ Prima quidam dicunt ſine confeſſione oris & ſatiſfactione operis neminem a peccatis mundari ſi tempus ille ſatiſfaciendi habuerit. Alij dicunt ante omnem confeſſionem & ſatiſfactionem operis in cordis contritione peccatum dimitti ſi cum voluntatem habuerit confitendi & hoc ſane dici poteſt ex quo propoſuit mente compuncta ſe cōfeſſurum deus dimittit quia ibi eſt confeſſio cordis ꝛ ſi nō oris ¶ Secunda concluſio nōnulli peccata confiteri negligunt vel erubeſcunt ꝛ ideo non merentur iuſtificari ſicut enim ꝑceptū eſt nobis interior penitentia ita & oris confeſſio et exterior ſatiſfactio ſi aſſit facultas. Vnde nec vere penitēs eſt qui confeſſionis voluntatem non habet ſicut ꝛ peccati remiſſio eſt vniꝰ dei ita confeſſio ꝛ ſatiſfactio. ¶ Tercia concluſio q̄dam dicūt ꝙ ſi quis timens detegens culpam ſuam propter homines ne opprobrium habeatur vel alij ſuo exemplo ad peccandum aſcendantur & ideo taceat homini ꝛ reuelat deo veniam ꝯſequit̄ ¶ Quarta concluſio indubitanter conſtat ꝙ non ſufficit confiteri deo ſine ſacerdote nam ſacerdotibus conceſſit poteſtatem ligandi & ſoluendi dicunt autem durare ꝛ currere et querere ſacerdotem qui ſciat ligare & ſoluere. ¶ Quinta concluſio peccatum primo deo ꝛ deinde ſacerdoti eſt confitendum ſi tamen ſacerdos defuerit proximo vel ſocio eſt confeſſio facienda Et eſt intelligendum ꝙ hoc non eſt de neceſſitate ſed de ꝯgruitate quando ſacerdos non poteſt haberi. ¶ Sexta concluſio licet in contritione peccatum ſit deletum tamē confeſſio neceſſaria eſt eo qd̓ eſt quedaꝫ punicio peccati ſicut ſatiſfactio operis poſt confeſſionem & intelligit ſacerdos qualiter habeat iudicare de crimine per eam quoqꝫ peccator fit humilior & carior.

¶ Hic queritur· ¶ Diſtinctio·xviij·continens ꝯcluſiōes octo. ¶ Prima· ꝙ claues ſolis ſacerdotibus ſunt cōceſſe ligandi & ſoluēdi nec

vnum ſine altero habetur·vſus hatum clauium eſt diſcernere ſcilicet liganda ⁊ ſoluēda deinde ligat ⁊ ſoluat qui enim indi/gnus ligat vl'ſoluit propria poteſtate ſe priuat id eſt dignum priuatione ſe facit.¶ Secunda concluſio ꝙ etiam quidam di/cunt ꝙ cum peccatoꝛ ſit dupliciter ligatus ſcilicet mentis con tagione ac cecitate & debito future pene per deū ſoluitur a cul pa·quia ipſe ſolus animam viuificat mundat ⁊ illuminat·per ſacerdotes vero ſoluit a vinculis eterne moꝛtis·ſed aperte oſtē ditur ꝙ ſolus deus vtrunq3 faciat·nam penitentem ſoluit a de bito pene: ⁊ tunc ſoluit a culpa quando intus illuminat inſpi/rando veram coꝛdis cōtritionem. Et ratio eſt quia nemo vere compungitur ſine caritate: qui habet autem caritatem eſt di=gnus vita ergo non eſt dignus moꝛte igitur nō ligatus a cul/pa eterna.¶ Tercia ſacerdotibus dedit poteſtatē ligandi ⁊ ſol=uendi id eſt oſtendendi homines eſſe ligatos vel ſolutos ligāt cum ſatiſfactionem confitentibus imponunt: ſoluunt cū de ea aliquid dimittunt: vel cum ſupplere per eam poteſtatē purga=tos ad ſacramentoꝛum communionem admittunt: vel ligāt ⁊ ſoluunt per excōmunicationem.¶ Quarta cōcluſio idem iuris ⁊ officij habent euangelici ſacerdotes in ligando ⁊ ſoluēdo qđ olim habebant legales in curādo leproſos· hi igitur dimittūt peccata vel retinent: dum dimiſſa a deo vel retenta indicant & oſtendunt.¶ Quinta ꝯcluſio digne anathematizati ab eccleſia ⁊ gratia dei ⁊ protectio amplius ſubtrahitur: ac ſi ipſis relin quuntur vt ſit illis liberum iure: ⁊ in viciū iniquos: etiam dy/abulo maioꝛ ſeuiēdi datur poteſtas: oꝛationes quoq3 eccleſie ⁊ benedictiones ac meritoꝛū ſuffragia nequaq̄ ſuffragari pu tantur.¶ Sexta concluſio ſententia ſacerdotis dei iudicio ⁊ to tius celeſtis curie approbatur ⁊ confirmaī: cum ita ex diſcre/tione procedit vt eoꝛum merita non contradicant·quos enim ſ̄m merita eccleſie ſententia procellit illos ledit: ⁊ illi foꝛis ſunt apud deum. Qui autem non meruit ſententiam eccleſie non leditur niſi condemnat.¶ Septima concluſio cum quis moꝛta liter peccat priuatur gratia ⁊ virtute ſiqua p̄ceſſit: ⁊ bona na/ture elidūtur·vnde etiam intellectus obtenebratur ⁊ hoc di=citur caligo que pena peccati eſt quam deus depellit cum peni tentiam immittit per quam ſcilicet penitentiam bona perdita reſtituuntur ⁊ viciata reparantur.¶ Octaua cōcluſio diſſimi/litudo que ineſt anime ex peccato: ⁊ eſt a deo elongatio intelli gitur eſſe macula anime que manet in anima ex actu peccādi nam non manente ab illa macula purgaī anima in penitentia & hanc penitentiam ſolus deus facit qui ſolus ſuſcitat anima3 ⁊ illuminat·

¶ Poſtq̄. ¶ Diſtinctio·xix·continet concluſiones ſeptē· ¶ Prima cum quis per miniſterium epiſcopi recipit ordinem ſacerdotalem tunc ſimul recipit ⁊ has claues. ¶ Secunda concluſio·non omnes ſacerdotes illas duas habēt claues quia ſcientia diſcernendi pleriq3 carent nec illā in conſecratione recipiunt illi autem qui ante ſacerdotium ſciētia diſcernendi prediti ſunt non tamen in eis eſt clauis q̄a nō valēt claudere nec aperire ſed cum permouebuntur in ſacerdotium tunc diſcretio augetur ⁊ ſic clauis in eis attribuit̄. Et ſciendū q̄ magiſter non tenetur in hoc quod3 omnes ſacerdotes habēt clauem ſcientie quia illa clauis non dicit habitum ſciētie nec actum ſciendi ſed poteſtatem ⁊ vim diſcernendi que poteſtas fundatur karactere ſicut etiam poteſtas ligandi ⁊ ideo ambas recipiunt cum ordinantur ſacerdotes· ¶ Tercia concluſio·q̄dā dicunt q̄ illi ſoli ſacerdotes qui doctrinam ſimul & vitā apoſtolorum tenent habent ſecundam clauem que eſt poteſtas ligandi & ſoluendi. Alii dicunt q̄ et mihi placet cunctis ſacerdotibus hanc ſecundā clauem dari ſed non recte ac digne hn̄t eam niſi qui vitam & doctrinā apoſtolicam ſeruant. vn̄ null9 officio ſacerdotis vti debet niſi īmunis ſit ab illis que in aliis iudicat alioquin ſeipſum condemnat. ¶ Quinta cōcluſio·alia eſt benedictio que ſolis congruit ſacerdotibus · alia q̄ ab oīb9 bonis exhibetur: vnde illi ſacerdotes in quib9 chriſtus habitat benedictionis plenitudinem tribuere dicunt̄ non quia illi trāſfundant gratiam ſed quia illi ſoli licite & digne illud agunt nec ſubditos mala vita ſacerdotis ledit ſi bona faciūt que ille dicit. ¶ Sexta concluſio·ſacerdos qui alios ligat ⁊ ſoluit debet eſſe iuſtus & diſcretus vt q̄ debet iudicare diſcernat ⁊ inueſtiget ſapienter q̄ forte peccator ignoret vel verecundia vult occultare ſic beniuolus dulciter doceat perſeuerantiam. ¶ Septima concluſio· q̄ Malachie ſecūdo maledicta benedictionib9 veſtris quidam referunt ad hereticos qui ab eccleſia preſciſi ſunt ⁊ ad excommunicatos quorum benedictiones fiunt maledictiones his qui errores ſecuntur illud etiam pertinet ad om̄s ſacerdotes qui vita & ſcientia carentes benedicunt ſanctis non hoc faciūt ex vero corde ⁊ ideo eorum benedictio eis propter benedicentibus vtitur in maledictionem vel quia benedicunt iniquo agentibus & adulantur peccantibus dūmodo diuites ſint.

¶ Sciendum. ¶ Diſtinctio·xx·continens concluſiones nouem. ¶ Prima eſt· q̄ tempus penitentie eſt vſq3 ad extremum articulum vite eſt cum periculoſum differre penitentiam vſq3 ad finem vite

quia vident timore mortis penitere potius ꝙ dei amore. Secunda concluſio ꝙ penitentia in fine vite habita: ⁊ ſi vitã mortuo impetrat non fit tamen ꝙ nullam penam ſentiat: niſi forte ſit tanta vehementia gemitus & contritionis que ſufficiat ad delere punitionem: que ſi non ſufficit purgãdus eſt igne purgationis qui ignis ſi eternus non ſit: miro tamẽ modo grauis Excellit enĩ oẽm penam quam vnꝗ̃ aliquis paſſus eſt in hac vita. Tercia cõcluſio idem eſt dictum de illo qui in hac vita penitentiam non compleuit. ſi enim interior penituit non ſufficit in vindictam peccati & exterior penitentia non completur ignem purgatorij ſentiet ⁊ grauiꝰ punietur ꝙ ſi hic impleuiſſet penitentiam. Idem eſt dicendum de illo qui in vita compleuit penitentiam que tamen vel ſacerdotis ignorantia vel negligentia condigna non fuit. Quarta concluſio pro qualitate peccati preſidentium arbitrio decernenda eſt. quia apud deum nunꝗ̃ valet menſura temporis aut doloris: nec abſtinentia tãtum ciborum quantum mortificatio viciorum. Quinta concluſio ab infernis in periculo mortꝰ poſitis eſt pura peccatorũ confeſſio requirenda non eſt tamen penitentia imponenda ſed innoteſcenda: ⁊ de orationibus ⁊ elemoſinis parentum pondꝰ penitentie ſubleuandum ſi forte migrauerint. ſi vero conualuerint penitentie modum a ſacerdote impoſitum diligẽter obſeruent. Sexta concluſio tempore neceſſitatis non eſt denegãda penitentia vel reconciliatio penitentibus ꝙ ſi egritudine aggrauantur quod ante petebant ⁊ in preſentia ſacerdotis ſignificare non valent teſtimonia fidelium eis circumſtantium ꝓdeſſe debebunt ſimulqꝫ penitentie ⁊ reconciliationis conſequũtur beneficia. Septima concluſio preſbiter in conſulto epiſcopo non poteſt excommunicatos nec publice penitentes reconciliare nec virgines conſecrare quod poteſt excepto epiſcopi. criſma vero nunꝗ̃ conficere poteſt. Octaua concluſio eſt ꝙ cuiuſcunqꝫ penitentis ſupplicium eſt crimen qđ vniuerſam commouerit vrbem preſbiter in conſulto ep̃o non recõciliet: niſi vltima neceſſitas coget. Nona cõcluſio ꝙ illius qui ad penitentiam querens ſacerdotem inuenire non potuit ⁊ ita diſceſſit oblatio eſt recipienda.

Solet. Diſtinctio. xxj. habet concluſiones. x. Prima poſt hanc vitam aliqua peccata remittũtur non ſolũ quo ad penam ſed etiaꝫ quo ad culpã

¶ Secunda concluſio · qui bona temporalia amant: eis tamen preponendo chriſtum dicuntur ſuperedificare lignum qui eo minus diligūt fenum qui minus ſtuppam ⁊ hec venialia peccata igne purgatorij cremant̄ & iſta venialia peccata poſt hāc vitam remittuntur intellige in purgatorio. ¶ Tercia concluſio illi edificant aurum qui deum contemplantur argentum qui diligunt proximum ⁊ lapides precioſos qui bona faciunt & qui h̄ edificant ſunt ſecuri ab vtroqꝫ igne ſcilicet eterno quo impij cruciabuntur & ab emunda purgabūtur quidam qui ſaluandi ſunt. ¶ Quarta cōcluſio·illi qui mundo placere cogitant deum tamen preponunt ⁊ affectionibus carnalibꝫ dediti ſunt domibus coniugibus poſſeſſionibus vacāt vt ita nil preponant chriſto ſignificantur in illis tribus proceſſibus ſcilicet ligno feno ⁊ ſtipula que in mentibus perfectorum nō cadunt qui edificant aurum argentum ⁊ lapides precioſos licet alia venialia committant. ¶ Quinta concluſio·quos poteſt de omī mortali ⁊ de omni veniali penitere excepto vno vel pluribꝫ venialibus ſicut quis habet caritatem & vnum vel plura venialia qd̄ de criminibus nullatenus fieri poteſt. ¶ Sexta cōcluſio ꝙ omnia peccata criminalia ſemel ſaltem oportet confiteri niſi a mente ceciderint· illa autem quorum non habes memoriam ſunt generaliter confitenda·venialia autem quia ſunt innumerabilia ſufficit generaliter cōfiteri niſi aliqua fiant frequenter iterata perfectius eſt tamen illa exprimere ſi vales. ¶ Septima concluſio· ideo fit generaliter confeſſio in eccleſia ꝓ venialibꝫ & pro illis mortiferis quorum noticiam non habemus & ſic generalis confeſſio delet mortalia quorum intelligentia nō habetur. ¶ Octaua concluſio· ſicut penitentes celare non debent peccatum quia ſuꝑbia eſt ita nec cauſa humilitatis facē debet ſe eſſe reum illius quod ſcit ſe non cōmiſiſſe quia vitanda eſt talis humilitas ⁊ peccatorem cōſtituit. ¶ Nona ꝯcluſio· caueat ſacerdos ne peccata confitentium alijs prodat alioquin deponatur & omnibus diebus vite ſue ignominoſus peregrinādo peragat. Et ſciendum ꝙ hodie loco peregrinationis in arcum monaſterium eſt detrudendus ad agendam perpetuam penitētiam extra de pe· & re· omnis vtriuſqꝫ ſexus. ¶ Decima ꝯcluſio nulli ſacerdotum liceat commiſſum alteri ſacerdoti ad penitentiam ſuſcipere ſine eius conſenſu niſi per ignorantiam illiꝰ cui prius confeſſus.

¶ Cunqꝫ. ¶ Diſtinctio ·xxij· continens concluſiones tres.

¶ Prima ꝙ quidam dicunt ꝙ peccatum in cordis contritione ſit dimiſſum ſi confiteri contempſerit ⁊ in peccatū idem vl' ſimile relapſus fuerit redierit· vnde dicūt quidā



267

peccata ſemel dimiſſa vlterius replicare ad penam. Alij dicunt
neminem pro peccatis dimiſſis ſemel a deo iterum puniri ſed
ideo dicuntur redire ⁊ imputari: quia propter magnitudineꝫ
ingratitudinem reus peccator cõſiſtit vt ante fuerat: vtriuſqꝫ
partis iudicium ſtudioſo lectori relinquo. ¶ Secunda conclu
ſio res huiuſmodi ſacramenti eſt interior penitẽtia: exterior ve
ro penitentia eſt ſacramentum & ſignum interioris penitentie
ſiue contritionis & humiliationis: & ſm̃ hoc res frequentius
precedit ſignum quod non eſt inconueniens ⁊ ſacramentum
non efficit quod figurat ſed potius conuerſo. Nam interior
penitentia eſt cauſa potius exterioris ꝙ̃ econuerſo: quia illi di/
cunt non eſſe inconueniens ꝙ penitentia ⁊ ꝯiugium ante tem
pus gratie a principio humani generis ſunt inſtituta: quare
non de his ſed de alijs inuenitur ꝙ ſacramentum efficit quod
figurat. ¶ Tercia concluſio alij dicunt exteriorem penitentiam
⁊ interiorem eſſe ſacramentum non tamen eſſe duo ſacramẽta
ſed vnum ſicut ſpecies panis ⁊ vini vnum ſunt ſacramentum
& ſicut in ſacramento corporis chriſti ita & in hoc eſt verum
ꝙ aliquid eſt ſacramentum tantum vt remiſſio peccatorum:
aliquid quod eſt res ⁊ ſacramẽtum vt interior penitentia que
eſt ſacramentum remiſſionis peccatorum: ⁊ eſt etiam res exte/
rioris penitentie ⁊ exterior penitentia eſt ſignum interioris ⁊ re
miſſionis peccatorum.

## ¶ Diſtinctio. xxiij. continens concluſiones. vij

¶ **Poteſt.** ¶ Prima preter premiſſa eſt aliud ſacramentũ
ſcilicet vnctio infirmorum que fit in extremis
oleo ꝑ epiſcopum conſecrato. ¶ Secunda concluſio vnctionũ
ſunt tria genera. vna vnctio fit criſmate quo capita regum ⁊
pontificum vnguntur: quo etiam baptizandos ſacerdos vngit
in vertice. & pontifex per impoſitionem manus confirmãdos
vngit in fronte. ſecunda qua cathecumĩ ⁊ neophici vngũtur
in pectore inter ſcapulas. Tercia eſt vnctio que dicitur oleum
infirmorum. Et ſciendum ꝙ in veteri teſtamento capita regũ
vngebantur ſicut dicitur in litera ſed hodie non: ſed vngũtur
in brachio ⁊ in humero vt habetur ex̃ de ſa. vnctio. ca. primo.
¶ Tercia concluſio duos liquores habent mixtos ſcilicet oleũ
⁊ balſamum oleum conſcientie ⁊ balſamum fame: nec omne
oleum ad vnctionem ſanctificatum criſma vocatur: ſed illud
ſolum quod miſcetur cum balſamo. ¶ Quarta cõcluſio hoc
ſacramentũ ab apl'is legitur actu. vlti. ⁊ fuit inſtitutũ duplici
de cauſa: qꝛ ad pctõrum remiſſionẽ ⁊ ad alleuiationẽ corporal
infirmitatis. vnde deuote & fideliter ipſum percipiens alleuiat̃
in corpore ⁊ in anima: ſi tamen expedit vt in vtroqꝫ alleuietur

# ·IIII·

¶Quinta concluſio vnctio exterioꝛ eſt ſacramentum & ſignū
vnctio vero interioꝛ que peccatoꝛum remiſſione ⁊ virtutis au=
gmentatione perficitur eſt res huiuſmodi ſacramēti. ¶Sexta
concluſio ſi ex contemptu & negligentia hoc ſacramentum
pretermittitur periculoſum eſt & damnabile.¶Septima con/
cluſio ſacramentum baptiſmi confirmationis & oꝛdinis nul=
latenus eſt reiterandum. Sacramentum vero altaris peniten/
tie & coniugij ſepe iterari videtur. Sacramentum autem illud
non iteratur·niſi in coꝛporibus iteretur. Alij dicunt nullum ſa
cramentum eſſe iterandum quātum ad ſanctificationem que
ſacramentum expletur·ſed quantum ad ſuſceptionem ſacra=
menti quedam non iterantur·⁊ quedam iterantur·

¶Nunc· ¶Diſtinctio·xxiiij·continet concluſiones·xiiij·
¶Prima ſpiritualium officioꝛum ſeptem ſunt
gradus ſiue oꝛdines quoꝛum officia chriſtus in
ſemetipſo exhibuit· ⁊ ipſos oꝛdines eccleſie obſeruādos reliq̄t
Et ſunt·vij· ꝓpter ſeptifoꝛmē gratiā ſpirituſſancti·cuius qui
non ſunt participes ad eos indigne accedunt· qui autem ſunt
participes amplioꝛem gratiam percipere credim9 ·Et ſunt hi
primus hoſtiarius·ſecundus lectoꝛ:tercius exoꝛciſta·quartus
accolitus· quintus ſubdyaconus:ſextus dyaconus· ſeptimus
preſbiter.¶Secunda cōcluſio omnes oꝛdines dictos habentes
dicuntur clerici id eſt ſoꝛtiti:quia de ſoꝛte ſunt domini·vel q̄a
domini partem capiunt. Coꝛona autem eſt ſignaculum quo ſi
gnantur in partem ſoꝛtis miniſterij domini. Summitas enim
capitis deſuꝑ nudat̄ vt eoꝛū mens ad deum libere monſtret̄·
quia reuelata facie gloꝛiam dei contemplentur·Tondentur eti
am capilli vſq; ad reuelationem ſenſuum oculoꝛum & auriū·
vt vicia ⁊ opere pollulantia doceantur preſcienda·ne ad audiē
dum ⁊ intelligendum verbum dei impediantur pro quo ſer=
uato radetur in excelſo coꝛona·¶Tercia ꝯcluſio hoſtiarij ſunt
idem ꝙ ianitoꝛes ſic dicti:eo ꝙ hoſtijs templi preſunt· chriſti
tenentes clauē omnia intus ⁊ extra cuſtodiant·& inter bonos
⁊ malos habentes iudicium:dignos recipiunt & indignos ex/
cludunt·eis cum oꝛdinantur claues ab epiſcopo dantur:⁊ di=
citur eis:ſic agite tanꝙ rationem reddituri pro reb9 que iſtis
clauibus recluduntur.¶Quarta concluſio lectoꝛes a legendo
ſicut pſalmiſta a pſalmis canendis vocati ſunt·ad lectoꝛem ꝑ
tinet lectiones pronunciare ⁊ ea que prophete vaticinauerūt
populis predicare:vt iam ex officio legāt in eccleſia propheti
cas lectiones·vnde eis traditur ab epiſcopo codex lectionum ⁊
eis dicitur accipe ⁊ eſto verbi dei reuelatoꝛ habiturus ſi fideliť
impleueris officiū partē cū his q̄ bene verbū dei miniſtrauerīt

53

¶ Quinta concluſio exorciſte admirantes interpretant̄ vel vo/
cantur·inuocant ſuper cathecuminos ⁊ ſuper eum qui habet
ſpiritum immundum nomen domini admirãtes per eum: vt
egrediatur:hi cum ordinantur accipiunt de manu epiſcopi li/
brum exorciſmorum:⁊ dicitur eis accipite ⁊ habete poteſtatē
imponendi manus ſup̱ energuminos ⁊ cathecuminos. ¶ Sex
ta concluſio accoliti cereoferarij dicuntur a deportãdis cereis
quando legendum eſt euangelium vel ſacrificium offerendū.
Ad accolitum p̱tinet preparatio luminarium in ſacrario ipſe
cereum portat & vrceolum cum aqua & vino ſuggeſta id eſt
ſubminiſtrata id eſt vaſa pro eukariſtia ſubdyaconis prepa=
rant·hi cum ordinãtur ⁊ cum edocti fuerint ab epiſcopo qua/
liter in officio ſuo agere debeant ab archiepiſcopo capiũt cã/
delabrum cum cereo ⁊ vrceolum vacuum. ¶ Septima conlu=
ſio ſubdyacones dicuntur qui ſubiacent preceptis & officijs
leuitarum. Ad ſubdyaconum pertinet calicem & patenam ad
altare chriſti deferre ⁊ leuitis tradere eiſq̄ miniſtrare vrceolũ
quoq̄ ⁊ manutergium tenere epiſcopo ⁊ preſbiteris ⁊ leuitis
pro lauandis ante altare manibus aquam prebere:his lex cõ/
tinentie imponitur·hi cum ordinantur accipiunt de manu ep̄i
patenā ⁊ calicem vacuũ:ab archiep̄o vero vrceolum cum aq̄
⁊ manutergiũ. ¶ Octaua concluſio dyacones dicunt̄ miniſtri
ad dyaconũ pertinet aſſiſtere ſacerdotib⁹ & miniſtrare in oīb⁹
q̄ agunt̄ in ſacramẽtis xp̄i ſcz baptiſmo in criſmate in patena
⁊ calice:his cũ ordinãtur ſolus ep̄us manus imponit:quia ad
miniſteriũ applicant̄: imponit eis orarium·i·ſtolam ſuper leuũ
humerum: vt per hoc intelligãt ad ſe accepiſſe iugum domini
ſuaue q̄ ad ſiniſtrã pertinentia:donec in dexterã iam eternitatiſ
requies habeat̄:accipiunt etiam textum euãgelij vt intelligant
ſe eſſe p̄cones euãgelij:⁊ iam ſicut lectoribus vetus teſtamen/
tum:ita dyaconibus nouum predicare preceptũ eſt. ¶ Nona
ꝯcluſio ſacerdos dicitur quaſi ſacra dans vel ſacra docens vel
ſignans ſiue conſecrãs qui preſbiter & ſenior dicitur propter
honorem ⁊ dignitatem:ad ipſum pertinet ſacramẽtum corpo=
ris & ſanguinis domini conficere orationes dicere & dona dei
benedicere:qui cum ordinantur inunguntur eis manus vt in=
telligant ſe gratiam accepiſſe ⁊ caritatis opera debentur ad o/
mnes extendere: accipit etiam ſtolam que tenet vtrunq̄ lat⁹
quia debet eſſe inimicus armis iuſticie contra aduerſa ⁊ pro/
ſpera: etiam accipit calicem cum vino ⁊ patenam cum hoſtia
vt per hoc ſciat ſe accepiſſe poteſtatem hoſtias placabiles deo
offerre. ¶ Decima concluſio licet predicti ſeptem ordines ſpi/
rituales & ſacri ſint excellenter canones duos tantum ſacros
appellant ſcilicet dyaconatum ⁊ preſbiteratũ:quia hos duos

ſolos legitur primitiuam eccleſiam habuiſſe ſubdyaconos &
accolitos precedenti tempore eccleſia conſtituit & in his ſeptē
vocatur ordo quoddam ſignaculum id eſt quoddaꝫ ſacramē
tum quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato ⁊ officium: &
dicuntur hi ordines ſacramenta: quia in eorum perceptiōe res
ſacra id eſt gratia confertur quod ſignant ea que ibi gerūtur
¶ Vndecima concluſio ſunt alia non ordinum: ſed dignitatū
nomina vel officiorū vt epiſcopus qui dicitur ſuꝑ intendens
vel ſpeculator pontifex ⁊ princeps ſacerdotum qui leuitas effi
cit ⁊ omnes eccleſiaſticos ordines diſponit. ¶ Duodecima con=
cluſio ordo epiſcoporum eſt quadripartitus ſcilicet in patri=
archis archiepiſcopis metropolitāis ⁊ epiſcopis. Patriarcha
ſummus patrum interpretatur: quia primum poſt apoſtoli/
cum tenet locum vt romanus anthiocenus alexandrinus: ſed
omnium ſummus eſt romanus archiepiſcopꝰ & princeps di
citur: metropolite autem a menſura ciuitatum dicuntur: ſin=
gulis enim prouincijs preeminent: ſed nunc dicimus eoſdem
archiepiſcopos ꝑmates ⁊ epiſcopos ⁊ metropolitanos. Et ſci/
endum ꝙ patriarcha poſt romanum primum locū tenet: cō=
ſtantinopolitanus ſecundum: alexandrinus tercium anthioce
nus quartum: iheroſolimitanus quintum. ¶ Tredecima con/
cluſio cantor eſt qui vocem premittit in cantu: ſuccentor qui
ſubſequendo reſpondet: concentor autem dicitur qui cōſonat.
¶ Decimaquarta ꝯcluſio miſſa dicitur vel quia miſſa eſt ho/
ſtia cuiꝰ memoria fit in illo officio vnde dicitur. Ite miſſa eſt
id eſt ſequimini hoſtiam que miſſa eſt ad celeſtia: vel quia ce/
leſtis miſſus venit ad conſecrandum dominicum corpus per/
quem ad altare celeſte defertur hoſtia.

## ¶ Solet.

¶ Diſtinctio xxv habet ꝯcluſiones viij. ¶ Pri/
ma quidam dicunt ꝙ ſacramenta eccleſiaſtica
ſcilicet corporis ⁊ ſanguinis ordinationis ⁊ con
firmationis per hereticos non poſſe miniſtrari: & per ꝯſequēs
ordinati ab epiſcopis cum ad vnitatem eccleſie redeūt debent
ordinari. Alij dicunt ꝙ accepta ſacerdotali vel epāli vnctione
ab eccleſia recedentes ius dandi baptiſmum retinēt: ſed facul/
tatem tribuendi ſacros ordines vel conſecrandi corpus domī
nō habent poſtꝙ̄ preſciſi ſunt ab eccleſia ⁊ dānati ſicut degra
datus epiſcopus non habet poteſtatē largiendi ſacros ordines
⁊ tamen facultatem baptizandi. Alij dicunt ſacramenta ab he
reticis ⁊ preſciſis ſꝫm formā eccleſie celebrata vera eſſe ⁊ data
q̄a recedētes ab eccleſia ius dandi ⁊ ꝯſecrandi non ꝑdiderunt
⁊ qui ſic ab hereticis ordinantur cum redierint iteꝝ ordinādi
ſunt. que aūt fuerint ab hereticis aliter ꝙ̄ in eccleſia falſa ſunt
⁊ inania. Alij dicūt ſacramēta poſſe celebrari in forma eccleſie

ab hereticis preſciſiſqꝫ a catholicis & eſſe vera in ſe: ſꝫ quantū
ad effectum falſarum ⁊ inania. Alij dicunt ꝙ heretici ab eccle
ſia ordinati ⁊ etiam cum fuerint ſeparati ius habent ordinandi
⁊ conſecrandi· qui vero in ciſmate ⁊ hereſi poſiti ab eis ⁊ inun/
cti fuerint illi in re carent· ⁊ ideo ordinare nolunt volumus ꝙ
potius inſurgunt ꝙ̄ gratiam conferant. ¶ Secunda concluſio
ꝙ de ſymoniacis non eſt ambigendum quin ſint heretici: qui
tamen ante ſententiam degradationis ordinant & conſecrant.
¶ Tercia concluſio qui precio conducere volunt impreciabi=
lem gratiam adinſtar ſymonis ſymoniaci proprie dicuntur· q̄
autem poſtea precium recipiunt adinſtar yezi yezite dicūtur·
omnes tamen dantes ⁊ accipientes ſymoniaci dicuntur: ⁊ ea=
dem ſentencia pelluntur. ¶ Quarta concluſio qui ſcienter per/
miſerint ſe ordinari a ſymoniacis; quos cum ordinant̄ neſciūt
eſſe ſymoniacos ⁊ qui tunc per catholicos habentur· ⁊ eorum
ordinatio miſericorditer ſuſtinetur. ¶ Quinta concluſio quic/
quid horum alterum vendiderit ſine quo alterum non habet̄
neutrum vendere dereliquit· ⁊ ideo quia rem conſecratā emit
conſecrationem emere probatur. Sexta cōcluſio ſymonica he
reſis eſt tripartita: quia alij ſymoniace a ſymoniacis ordinant̄
Alij ſymoniace a non ſymoniacis· alij non ſymoniace a ſymo/
niacis· primi ⁊ ſecundi ab officio remouentur: tercij miſericor/
diter per manus impoſitionem pro temporis neceſſitate in of=
ficio permittuntur: quod eſt intelligendum ſi eos ſymoniacos
ignorabant. ¶ Septima concluſio ꝙ ſiquis violenter ab here/
ticis & ſymoniacis ordinatus fuerit habet colorē excuſationis
ſi ſtatim deſcendat ab eis. ¶ Octaua ꝯcluſio ſacri canones ſanx/
erunt vt ſubdyaconus nō ordinetur ante· xiiij· annos· nec dya=
conus ante· xx· nec preſbiter ante· xxx· deinde ſi dignus fuerit
in epiſcopum eligi poteſt: quia ipſe deus· annorum baptiſatus
eſt· ⁊ ſic cepit docere. Et notandum ꝙ hoc quod hic dicitur de
ſubdyacono verum eſt ſm̄ antiqua iura· modo autem non de
bet ordinari ante· xx· annos· preſbiter autem hodie poteſt ordi/
nari· xxv· annorum extra de electione. Cum cunctis. Ad epiſco
patum autem promoueri non debet: niſi triceſimum annum
compleuerit vt habetur in eodem decretali·

¶ Diſtinctio· xxvj· habet concluſiōes ſex

¶ Cum alia·

¶ Prima ꝙ duplex inſtitutio eſt ſacri cō
iugij vna ante peccatum ad officium tan/
tum· alia poſt peccatum que nō eſt ad officium tantum: ſed in
remedium propter motum illicitum deuitandum. ¶ Secūda
concluſio prima inſtitutio ſcilicet ante peccatum fuit in prece
ptum· ⁊ ſecunda inſtitutio inquantum eſt in officium fuit in
preceptum vſquequo facta fuit multiplicatio generis humani

ſed extunc dicit apoſtolus coniugium contrahitur ſm indul/
gentiam non ſm imperium. ¶ Tercia cōcluſio indulgentia ac
cipitur interdum pro confeſſione quo ad culpā ⁊ pro remiſſi
one quo ad penam ⁊ pro permiſſione & eſt permiſſio in novo
teſtamento de minoribus malis ⁊ de minoribus bonis eſt con/
iugium: quia non meretur palmam ſed eſt in remedium ⁊ de
minoribus malis id eſt venialibus eſt coitus: quia factum in
continentie in coniugio indulgetur id eſt conceditur: ⁊ coit9
permittitur id eſt tolleratur ita ꝙ non prohibeť. Et notandū
ꝙ matrimoniū eſt ſeu diciť de minoribus bonis que ꝯſeruant
gratiam gratam facientem & dicitur non mereri palmam ſcꝫ
accidentalem puta aureolaꝫ meretur tn̄ eſſentialem. ¶ Quarta
concluſio quidam heretici qui daciani appellati ſunt nuptias
damnāt: ſed ꝙ bona res ſit ꝯiugiū oſtenditur: quia deus ipm
inſtituit Geneſis. ij. ſuo miraculo commendauit Iohannis. ij.
vxorē dimittere prohibuit niſi cauſa fornicationis Mathei. ix
⁊ apoſtolus. i. corinth. vij. dicit ꝙ ſi virgo nubat non peccet: &
quia ſacramentum eſt id eſt ſignum ſacre rei ſcꝫ coniunctiōis
chriſti ⁊ ecclesie. ¶ Quinta ꝯcluſio ꝙ ſponſa ſponſe id eſt xp̄o
coniungitur ſpiritualiter per caritatem ⁊ corporaliter per naťe
ꝯformitatem ⁊ vtriuſqꝫ copule figura eſt in cōiugio. ꝯſenſus
enim coniugij primam ſignat copulam ⁊ commixtio ſexuum
ſecundā. ¶ Sexta ꝯcluſio quidam dixerunt illam mulierē non
pertinere ad matrimoniū que non experitur carnalem copulā
⁊ ſic inter Mariā ⁊ Ioſeph non fuiſſet matrimonij cōiugium
vel nō perfectū qđ nephas eſt dicere ſeu ſentire ⁊ intelligere
non pertinere ad ꝯiugium mulier cum qua nō eſt permixtio
ſexuū: q̄a expreſſam ⁊ plenā non tenet figurā ꝯiunctionis xp̄i
q̄a tm̄ ſp̄ualem nō corporalē figurat ꝯiunctionē xp̄i ⁊ eccleſie

¶ **Poſt hec.** Diſtinctio. xxvij. habet ꝯcluſiōes. vj. ¶ Prima
matrimoniū eſt viri ⁊ mulieris maritalis cō-
iunctio inter legittimas perſonas indiuiduā
vite ꝯſuetudinē retinens. ¶ Secunda ꝯcluſio ꝙ ad indiuiduā
vite cōſuetudinem pertinet ꝙ abſqꝫ conſenſu alterius neuter
ꝯtinentiam profiteri pť vel orationi vacare: ⁊ ꝙ inter eos dum
viuunt vinculū ꝯiugale permaneat vt alij ſe copulare nō liceat
& vt inuicem alter alteri exhibeat ꝙ quiſqꝫ vult ſibi exhiberi.
¶ Tercia concluſio eſt ꝙ cauſa efficiens matrimonium eſt cō/
ſenſus ſup̄. mutuus ꝑ verba de preſenti expreſſus. ſi enim fit
conſenſus de futuro vel mente conſentiant & non exprimant
quod corde volunt ſi non fit coactio vel dolus verbis vel alijs
certis ſignis non efficit matrimoniū. Si autem verbis expri-
mant qđ corde volunt obligatione illa verboꝝ quibus dicūt.
accipio te in virum: & ego te in vxorem matrimonium facit.

¶ Quarta concluſio ſunt quedam nuptialia pacta de futuro ex quibus ſponſi ⁊ ſponſe vocantur nec ex his vero coniuges ſunt ⁊ eſt quoddã pactum cõiugale de preſenti qđ ſponſum & ſponſam coniuges facit cum vtraqꝫ pactio deſponſatio vel ſponſalia interdum dicuntur·proprie autem ſponſalia dicunt̃ quedam ſollennia pacta nuptiarum. ¶ Quinta cõcluſio·ſi q̃s contraxerit cum aliqua per verba de futuro ſi eo mortuo aliꝰ contraxerit cum ea per verba de preſenti non promouetur ad ſacros ordines promoueri quia non duxit viduam·ſi vero cõ/traxiſſet per verba de p̃ſenti eoqꝫ mortuo remanet vidua ⁊ alt̃ qui cum ea coniugio copulatus fuerit vlterius ad ſacras ordi nes non accedat cum viduam duxerit. ¶ Et notandũ ꝙ dicit magiſter non eſt tenendum niſi intelligatur ꝙ non ſolum ſit cognita a ſecundo ſed etiam a primo extra de bigamis non or dinandis. ¶ Sexta concluſio·ſolus conſenſus de preſenti cõiu=gium efficit poſt quem conſenſum ſi mulier alteri ſe copula=uerit etiam ſi carnis commixtio cõſequatur ad priorem copu=lam renouandum eſt.

¶ Nunc·

¶ Diſtinctio ·xxviij· continet concluſiones·iiij·

¶ Prima ꝙ ꝯſenſus de futuro qui fit iuramẽto confirmatus non efficit coniugium :vnde ſi vir poſtea vxorem duxerit ⁊ mulier marito nubit coniugium vtriuſqꝫ fuit & precedens matrimonium eſt penitẽtia corrigendũ ⁊ ſequens coniugium non eſt diſſoluendum poſt conſenſum autem de preſenti ſi quis alij ſe copulauerit etiam ſi prolem procurauit irritum debet fieri ⁊ ipſam ad priorem copulã re/uocari. ¶ Secunda concluſio· in iſto ſacramento quedam ſũt pertinentia ad ſolennitatem & de corpore vt parentum traditõ ſacerdotum benedictio ⁊ huiuſmodi quedam vero ſunt perti/nentia ad ſubſtantiam ſacramenti vt cõſenſus de preſenti qui ſolus ſufficit ad contrahendum matrimonium & factus in oc culto ſed ſi alter alterum dimiſerit non cogitur redire iudicõ eccleſie quia non poteſt teſtibus probari. ¶ Tercia concluſio· mulier non fuit facta de capite Ade quia non dña nec de pede q̃a non ancilla ſed de medio vt de latere quia ſocia debet vxor eſſe. ¶ Quarta concluſio·cum vir dicit accipio te in vxorẽ meã ⁊ mulier dicit accipio te in virum meũ his verbis vel alijs idẽ ſignificantibus exprimitur conſenſus ſed non copula ſequit̃ carnalis quia talis non fuit in beata virgine nec conſenſus co/habitationis corporalis quia talis poſſet eſſe inter patrem & fi liam Sed ſi exprimitur conſenſus cõiugalis ſocietatis ex qua oportet eos cohabitare niſi cauſa religionis pari voto corpora liter ſeparentur vel ad tempus vſqꝫ in finem.

Oportet. ¶ Diſtinctio·xxix·habet concluſiones tres. ¶ Prima ꝙ conſenſus coniugalis oportet ꝙ ſit ſpontaneus non coactus: vnde inter remittẽtes ⁊ inuitos nõ fit coniugium tamen qui inuiti ⁊ coacti ſunt coniuncti: ſi poſtea ſine cõditione ⁊ queremonia cohabitauerint ⁊ facultatem diſcedendi vel reclamandi habebant conſentire videntur: ⁊ conſenſus ille ſequens ſupplet quod precedens coactio tollebat. ¶ Secunda concluſio filius conſentire patri ſemꝑ nitit̃ niſi euidenter diſſentiat. ¶ Tercia concluſio ſponſalia in voluntate fiunt contrahentium: ⁊ ideo ſicut in nuptijs ita in ſponſalibus filia patri conſentire videtur que patris volũtate non repugnat conſentire intelligitur·

¶ Diſtinctio·xxx·continens concluſiones ſex.

Hec. ¶ Prima ꝙ eſt error perſone conditionis fortune qualitatis. Error perſone eſt quãdo putatur eſſe liber ⁊ eſt ſeruus. Error fortune eſt quando putatur eſſe diues ⁊ eſt pauper. Error qualitatis quando putatur eſſe bonus ⁊ ẽ malus. Error perſone ⁊ conditionis conſenſum coniugalẽ euacuant·non autẽ error fortune ⁊ qualitatis· ¶ Secunda concluſio inter Mariam ⁊ ioſeph fuit verum coniugium ⁊ cõſenſus in ſocietatem coniugalem non in copulam carnalem: niſi deꝰ aliter tibi reuelaret· vnde virginitatem ſeruaturaꝫ beata virgo ꝓpoſuerat in corde ſed votum nõ expreſſerat ore· poſtea vero ſimul cum viro in labijs expreſſit et vterqꝫ in virginitate permanſit. ¶ Tercia concluſio inter Mariam ⁊ Ioſeph perfectum fuerat coniugium in ſanctitate·⁊ perfectum ſ͞m triplex bonũ coniugij ſ͞m fidem prolem ⁊ ſacramẽtum ſolum nuptialis cõcubitus non fuit. ¶ Quarta concluſio coniugiũ Marie ⁊ Ioſeph habuit alias cauſas ſpeciales ſcilicꝫ vt virgo ſolacio viri ſuſtentaretur ⁊ vt dyabulo partus celaretur: ⁊ vt Ioſeph eſſꝫ teſtis caſtitatis defendens eam ab infamia ſuſpitiõis ne vt adultera damnaretur. ¶ Quinta cõcluſio ꝙ finalis cauſa matrimonij contrahendi principaliter eſt procreatio prolis·ſecunda eſt poſt peccatum Ade vitatio fornicationis·ſunt ⁊ alie honeſte vt inimicorũ reconciliatio ⁊ pacis integratio·ſunt et aliẽ minus honeſte vt pulcritudo que animas inflãmatas ſepe pellit inire coniugium queſtus quoqꝫ diuitiarum proceſſio ⁊ huiuſmodi. ¶ Sexta concluſio non eſt aliud ſentiendum dicentibus non eſſe coniugium illud ꝙ propter has cauſas minꝰ honeſtas contrahitur · coniugium enim non in bono contracto bonum eſt· quia vita mala vel intentio mala vł̄ peruerſa ſacramentum non contaminat·



271

¶ Poſt hec. ¶ Diſtinctio xxxi continet concluſiões octo

¶ Prima ꝙ matrimonij triplex bonũ eſt ſcʒ fides proles ⁊ ſacramẽtum In fide attenditur ne poſt vinculũ coniugale cũ alio vel alia coeatur. In prole vt amore ſuſcipiat ⁊ religioſe educatur In ſacramento vt coniugium non ſepararetur ⁊ dimiſſus ⁊ dimiſſa ne cauſa prolis alteri coniugatur. ¶ Secunda concluſio · duplex ſeparatio eſt ſcilicet corporalis ⁊ ſacramentalis. Corporaliter poſſunt ſeparari cauſa fornicationis vel excommuni conſenſu cauſa religionis ſiue ad tempꝰ ſiue vſqʒ ad finem Sacramentaliter vero ſeparari nequeũt dũ viuunt ſi legittime ſint coniuncti. ¶ Tercia concluſio bonum coniugium ſacramentum dicitur non quia ipſum coniugiũ ſed quia eiuſdeʒ rei ſacrum ſignum eſt id eſt ſpiritualis vel inſepabilꝰ ꝯiunctiõis xpi ⁊ eclie ¶ Quarta ꝯclio ſi in mr̃imonio nõ ſit fides nec ꝓles ẽ mr̃imoniũ ſine ſacr̃m eẽ nõ pt̃. ¶ Quĩta ꝯclio non omnes qui prolem recipiũt bonũ prolis habent nã bonum prolis dicitur non ipſa proles nec prolis ſpecies que ad religionem non refertur ſed ad hereditariam ſucceſſionem Sed bonum prolis eſt ſpecies ac deſiderium quo proles ad h̃ queritur vt religioſe informetur. ¶ Sexta concluſio · cõiuges dicuntur qui ſolius concubitus cauſam habent ſed tamen generationem prolis aliquo modo malo non vicent que vero veneno ſterilitatis procurant ſuis ambo tales ſint ꝙ non per cõnubium ſed propter ſtuprũ conueniunt aut illa eſt meretrix aut ille adulter vxoris . ¶ Septima concluſio qui abortiuum procreant ſunt homicide quando puerperium formatum eſt ⁊ animam habet et ante non. ¶ Octaua concluſio quando ſeruata fide thori cauſa prolis contingens conueniũt ſic excuſat̃ coytus vt culpam non habeat quando vero ſeruata fide conueniunt cauſa incontinentie ſic excuſatur qd̃ non habeat culpam ſed veniale · vbi autem bona deſint ſcilicet fides & proles non videtur coytus defendi a crimine quando vero exigenti debitum redditur ⁊ hac cauſa tantum fide ſeruata illũ coytũ defendet a peccato bonitas coniugij.

¶ Sciendum. ¶ Diſtinctio xxxii continet concluſiones ſex. ¶ Prima licet in omnibꝫ alijs vir ꝑſit vxori vt caput corpori in ſoluendo tamẽ debitum carnis pares ſunt quia nec viro nec mulieri corpus ſuum alteri licet tradere ſed alter alterius poteſtateʒ habet corporis vt poſcenti alteri non liceat alteri negare debitum. ¶ Secunda concluſio reddere debitum coniugale nullius criminis eſt exire autem vltra generandi neceſſitatem culpe eſt venialis fornicari vel mechari penitentie eſt criminis : id eſt ꝙ puniri

poteſt. ¶ Tercia concluſio vir vel mulier continentiam deō offerre non poteſt ſine communi conſenſu vt alter alteri debitū negare poteſt. ¶ Quarta concluſio quibuſdam videtur ꝙ mulier non diſcedens a domo viri que viro permittente continentiam promiſit eo ꝙ exigente ſoluere non valet: ⁊ hoc propter dignitatem viri: quia eſt caput vxoris· ſed melius hoc intelligitur quando vir concedit vxori vouere continentiam: ⁊ ante votum prohibet implere. Si vero habitum mutauerit nō poteſt illud reuocari ſm illud: quia vxorem ſuam velare pmiſit aliam vero accipiat ſed ſimiliter conuertat̃. ¶ Quinta concluſio licet debitum poſcenti ſit ſemp ſoluendum; non licet tamē quocunqꝫ die poſcere ſicut in diebus proceſſionum ieiuniorū ⁊ feſtiuitatum. ¶ Sexta concluſio nō ſolum opere carnali ſed etiam in celebrandis nuptijs tempora ſunt ſeruanda. Non enī oportet a ſeptuageſima vſqꝫ ad octauam paſce ⁊ tribus ebdomadis ante feſtum ſancti iohannis baptiſte: ⁊ ab aduentu domini vſqꝫ ad epiphaniam nuptias celebrare non licet: quod ſi factum fuerit ſeparentur intellige ad tempus in penam: quia preceptum eccleſie contempſerunt matrimonium tamen ſtat

¶ Hic· ¶ Diſtinctio·xxxiij· habet concluſiōes·x. ¶ Prima eſt a principio generis humani vna tantū mulier vni viro tantum in matrimonium iungebatur: ⁊ tunc fratres ſororibus iungebantur: quia non erant alie mulieres vel viri quibus Ade filij ⁊ filie iungerentur poſt diuino conſilio factū eſt vt vni adhererent plures vxores ſicut Abraham habuit ⁊ iacob eo ꝙ ſucceſſio religionis erat in ſucceſſionem ſanguinis: hinc primo eſt ꝙ ſacerdotibus iniūcta ſunt cōiugia: quia in ſucceſſione familie erat ſucceſſio officij. ¶ Secūda concluſio primus omnium legitur lamech duas habuiſſe vxores ſimul ⁊ hoc in eo arguitur: quia pro expletione carnalis voluptatis illud feciſſe perhibetur. ¶ Tercia concluſio quidam eſt cibus ad ſalutem hominis nec eſt concubitus: ſecundus ad ſalutem generis vtrunqꝫ non eſt ſine carnali delectatione que cum modificata per temperantiam in vſum naturaleꝫ redacta libido eſſe non poteſt: ꝙ autem in ſuſtentando vitam eſt cibus illicitus hoc eſt inquirendo prolem fornicari⁹ vel illicitus concubitus: ⁊ qd̄ eſt in cibo licito immoderatus appetitus hoc eſt in coniugibus veniale. ¶ Quarta concluſio ſicut non eſt impar meritum paſſionis in Petro qui paſſus eſt: ⁊ in Iohanne qui paſſus non eſt: ⁊ impar meritum continentie in Iohanne qui nullas expertus eſt nuptias ⁊ in Abrahā qui filios genuit· nam illi⁹ celibat⁹ ⁊ illius connubi⁹ pro tēporis

57

272

diſtributione chriſto militauerunt ſed continentiam iohãnes in opere Abrahaʒ in ſolo habebat habitu melioꝛ autem eſt ca/ ſtitas celibum q̃ʒ nuptiarum quarum vnam ad Abraham ha bebat in vſu ⁊ ambas in habitu. ¶ Quinta concluſio· tempore legis moyſes interdixit carnalem copulam cum matre cũ no/ uerca cum ſoꝛoꝛe cum nepta cum amica cum matertera ⁊ alijs quibuſdam permiſit etiam aliam ducere dato libello prioꝛi ꝙ propter duriciam coꝛdis eoꝛum permiſſum chriſtus dicit. ¶ Sexta concluſio· in lege multiplicatio vxoꝛum generalit̃ pro hibita eſt permiſſum autem eſt regi plures habere ſed nõ mul tiplicare. ¶ Septima concluſio eſt ꝙ veniente tempore pleni/ tudinis quo Chriſti gratia vbiqʒ eſt dilatata reducta eſt lex nuptiarum ad prioꝛem & honeſtioꝛem inſtitutionem vt vna vni in figura chriſti iungatur ⁊ virginitas fecũdati prefertur ⁊ ſacerdotib⁹ chriſti cõtinentiam indicitur. ¶ Octaua conclu ſio· melioꝛ eſt virginitas mentis qm̃ carnis. ¶ Nona cõcluſio ſicut ſanctius eſt moꝛi fame ꝙ veſci ydolaticis id eſt ſacrificiũ ydoloꝛum ita ſanctius eſt moꝛi ſine liberis qm̃ ex illicito coitu ſtirpem querere Auguſtinus dicit. ¶ Decima concluſio· vnde/ cunqʒ naſcuntur homines ſi parentum vicia non ſequãtur & deum recte colant honeſti ⁊ ſalui erunt.

¶ Hunc· ¶ Diſtinctio· xxxiiij· ꝯtinens cõcluſiones ſeptẽ

¶ Prima· perſone ad cõtrahendum mr̃imoniũ q̃dam ſunt plene legittime quedã omnino ille/ gittime quedã medie Plene legittime ſunt quibus nõ obuiat votum continentie vel ſacer oꝛdo vel cognatio vel diſpar cult⁹ vel cõditio vel nature frigiditas. Penitus vero illegittime ſũt per votum per oꝛdinem per cognationem per diſparem cultũ Medie vero ſunt vt nec plene legittime nec omĩno illegittime ſicut per frigiditatem vel conditionem. ¶ Secunda concluſio· ſi vir eſt frigide nature intantum vt vxoꝛem non poſſit cogno ſcere maneant vt frater & ſoꝛoꝛ ꝙ ſi aliũ ipſa vult habere vtqʒ eoꝛum ſeptima manu propinquoꝛum iurent ſe nunqm̃ fuiſſe vna caro per coniunctionem carnis ex tũc mulier contrahere poteſt cum alio proprie vero nullo modo ꝙ ſi cõtraxarit ſɱ coniugium eſt ſeparandum ⁊ prima coguntur recipere con/ iugia· ¶ Tercia concluſio eſt· ꝙ ſi vir vxoꝛẽ acceperit ⁊ habũit aliquo tempore & ipſa dicit ꝙ nunquam cognouit eam vir ſe dicit coyſſe cum ea viri dicto eſt ſtandum niſi mulier per aſpe ctum coꝛporis ſui probet virum eſſe mentitum. ¶ Quarta cõ/ cluſio· ſi coniũcti per matrimonium aliquo maleficio carnalit̃ commiſcere nequeunt poſſunt ſeparari ⁊ alijs copulari quib⁹ viuentibus non valent adinuicem copulari. Nota ꝙ hic non tenetur ꝙ ſicut etiam dicit magiſter. vnde ſi poſſent cõmiſceri

primum matrimonium ſtaret non ſecundum. ¶ Quinta conclusio furioſi dum ſunt in amentia matrimonium contrahere non valent· ¶ Sexta concluſio copulati legittime p matrimonium ex quo carnaliter ſunt commixti quicquid eueniat alteri eorum vel etiaꝫ ambabus ſiue lepra ſiue furor ſiue infectio ſeparari non poſſunt· ¶ Septima concluſio ſi quis duabꝰ cuꝫ ſororibus dormierit neutrā vxorem poteſt habere ꝙ ſi vna ducta aliam etiam cognouerit ꝓprie vxori non habet debitū reddere ſemper ſi vir inceſtum cōmiſerit de conſenſu vxoris alias non eſt verum et ea mortua aliam non poteſt ducere in vxoreꝫ ſcilicet adulteram·

¶ **Hoc etiam.** ¶ Diſtinctio xv·continet concluſiones ij· ¶ Prima deus conceſſit viro vxorem dimittere cauſa fornicationis qd̾ eſt intelligendum ſi ipſe non fuerit fornicatus ſi autem ſeparatus non poteſt alteri ea viuente nubere poteſt tamen ea viuente nubere poteſt etiam ſibi reconciliare et eſſe cū ea ſicut prius et hec eadeꝫ pt̄ vxor reſpectu viri vnde mulier poteſt ſuper fornicationem conuenire viruꝫ et econuerſo· ¶ Secunda concluſio vir non pt̄ ducere in vxorē quā polluit per adulterium ſi mortem viri fuerint machinati vel ſi ipſe viuente ſuo viro fidem dedit adultere ꝙ eam duceret ſi ſuperueniret·

¶ **Hunc.** ¶ Diſtinctio xvj·continet cōcluſiones v· ¶ Prima ſi quis ingenuus id eſt nobilis contraxerit cum ancilla quā neſciebat ancillam vel ingenua cuꝫ ſeruo qͣꝫ neſciebat ſeruum ſeruitute deprehenſa libere poteſt dimitti ⁊ cum alio vel alia contrahere Si vero ſeruum eſſe ſciebat et ecōuerſo matrimonium indiſſolubile permanebit· ¶ Secunda cōcluſio ſi ſeruus contrahat cū ancilla et econuerſo et ſi ſint diuerſorum dominorum legittimum eſt matrimoniuꝫ ſi fiat de conſenſu dominorum· Et quibuſdam videtur poſſe fieri inter eos coniugium dn̄is ignorantibus· ¶ Tercia concluſio ſi liber duxerit liberā et ipſe efficitur ſeruus non propter hoc dirumpitur matrimonium nec ipſe eſt ſeruitute redigenda· ¶ Quarta concluſio pueri ante xiiij annos et puelle ante xij· ānos ſm leges matrimonium inire nequeunt ꝙ ſi inuenerint ſeparari poſſunt qͣꝫuis voluntate et aſſenſu ꝑntum fuerint coniuncti ſemper niſi ante carnaliter ſe cognoſcant quia tunc malicia ſupplet etatem ꝙ ſi in coniunctione ante annos pubertatis fecerunt poſt dictos annos nolunt permanere iam ex hoc efficiuntur coniuges ⁊ deinceps nequeunt ſepari· ¶ Quinta concluſio ſponſalia ante ſeptennium contrahi non poſſunt ſolo n·conſenſu contrahuntur qui interuenire non poteſt non ab utraqꝫ parte intelligitur ꝙ inter eos agatur·



273

¶ Nunc. ¶ Diſtinctio triceſima continet ꝯcluſiones tres.
¶ Prima. Qꝙ ordines in quibus non poteſt con
trahi matrimonium ſiue coniugium. ⁊ ſi interceſſerit copula:
fit diuorcium. ſicut ſacerdotium dyaconat⁹ et ſubdyaconat⁹
In alijs vero permittitur fieri coniugium. niſi religionis habi
tum ſumpſerit: vel votum continentie fecerit. ¶ Secunda con
cluſio. Quicunqꝫ propriã vxorem ſine lege ⁊ ſine cauſa inter=
fecerit aliamqꝫ duxerit. armis depoſitis: publicam agat penitẽ
ciam. ¶ Tercia concluſio. Scd'm leges humanas videtur per=
mitti marito vxorẽ pro adulterio interficere. ſed eccleſia mun
danis legib⁹ non conſtringitur. nec gladiũ habet niſi extẽdendo
¶ Diſtinctio triceſima prima habet concluſiões
¶ Nunc octo. ¶ Prima. Votum eſt teſtimonium quoddam
promiſſiõis ſpontanie quod de his que dei ſunt
proprie fieri debent. Sunt tamen ⁊ ſtultorum vota: que fran=
gẽda ſunt. ¶ Secunda concluſio. Votorum aliud commune:
aliud ſingulare. Commune. vt illud quod omnes faciunt cũ
ſpondent renunciare dyabolo ⁊ pompis eius. Singulare. vt cũ
quis ſponte promittit ſeruare virginitatem vel continentiam
vel aliquod huiuſmodi. Singularium votorum aliud priuatum
aliud ſolenne. Priuatum eſt: quod in abſcondito factum eſt.
Solenne vero quod in aſpectu eccleſie factũ eſt. ¶ Tercia con
cluſio. Priuatum votum ſiquis violauerit: peccatum eſt ⁊ nõ
mortale. Solenne vero peccatum eſt et ſcandalum. ¶ Quarta
concluſio. Qui priuatũ votum continentie faciunt: matrimo/
nium contrahere non debent. quod ſi contraxerint: mortaliter
peccant. non tamen ſeperantur. ¶ Quinta concluſio. Qui ſolen
niter vouent continentiam. nullatenus coniugiũ iure queunt
quibus non ſolum nubere: ſed etiam velle damnabile eſt. Vñ
virgines et vidue voto continẽtie aſtricte. ſiue ſint velate ſiue
non: nullatenus coniugium ſortiri poſſunt. Et notandum ꝙ
votum quod ſolenniſatur: per ſuſceptionem ſacri ordinis vel
per profeſſionem expreſſam vel tacitam perfectam alicui de
religionibus approbatis per ſedeꝫ apoſtolicam poſt contractũ
matrimonium dirimit: ⁊ nullum aliud votũ quantumcunqꝫ
publicum. extra quinto libro. Vouete ⁊ vot. red. ſ. quod vo.
¶ Sexta concluſio. Malum adulterij vincit fornicationem: et
vincitur ab inceſtu. Peius enim eſt cum matre qꝫ cum aliena
vxore dormire. Sed omnium horum peſſimum eſt quod contra
naturã fit. Vnde ſi vir membro mulieris ad hoc non conceſſo
vtatur. quod fit execrabiliter ĩ meretrice: ſed inexecrabiliter in
vxore. ¶ Septima ꝯcluſio. Mulier credens ſuum virũ interem
ptũ: ⁊ ꝯtrahit cũ alio: excuſat̃ per ignorantiã. ſi tñ prim⁹ venit

debet ⁊ eſt compellenda ad priorem idem de viro reſpectu mu-
lieris ſiue vxoris · ¶Octaua concluſio ſi vir viuente vxore in
terra alia ducit aliam vxorem et econtra cogit ipſum eſſe cuꝫ
ſcd'a quia nō ꝯſtat de prima ſi vult redire ad primam et non
poteſt ħm debitum poſcere non debet ſed poſcenti reddit ꝓpt
obedienciam ⁊ timorem eccleſie a peccato incipit excuſari. Et
nota qd' magiſter hic nō tenet. vnde nullo mō debet debitum
reddere alio viuente quia hec non eſt vxor extra de ſentencijs
ex inquiſitioni.

¶Poſt hec. ¶Diſtinctio xix. contenet concluſiones iiij
¶Prima eſt ꝙ fidelis cum infideli matrimo-
nium contrahere nō poteſt. Si aūt duo in infidelitate ꝯiuncti
fuerint ⁊ conuertuntur. et fideles efficiuntur confirmatur cō-
iugium Si aūt alter conuertitur alio in infidelitate ꝑmanente
ille aūt infidelis conſentit habita fideli aut non ſi diſſentit ab
eo tunc fidelis poteſt contrahere cum alio fideli Si aūt cōſen-
ſit infidelis habitare cum fideli ⁊ hoc ſine contumelia creato-
ris ſcilicet vt fidelem trahat ad infidelitatem vel ad aliud mor
tale peccatum tunc fidelis poteſt diſcedere ab infideli et fideleꝫ
ducere in coniugium Si autem ambo contraherent exiſtētes
fideles et poſt alter eorum a fide diſcedit ⁊ odio fidei coniugeꝫ
relinquat dimiſſis diſcendente nec ꝯmunicat nec tñ iſta viuēte
alterā ducere poterit quia inter eos fuit ratum coniugium ꝙ
diſſolui non poteſt. ¶Scd'a concluſio illud apľi omne q̄d nō
eſt ex fide peccatum eſt non eſt intelligenduꝫ vt quicquid fit
ab in fidelibus ſit peccatum ſed quia omne ꝙ fit contra fidem
id eſt contra conſcientiam peccatum eſt ⁊ ideo in omni eo ꝙ ī
fidelis facit peccat non quia illud facit ſed quia non eo modo
illud facit quo debet referri ad debitum finem. ¶Tercia cōclu-
ſio copula maritalis que eſt inter infideles coniugium eſt ⁊ le
gittimum facit ſed non ratum legittimum quia eſt inter legit
timas perſonas ſed non ratuꝫ quia ſine fide fit coniugiū vero
fidelium legittimum eſt et ratum ſi tamen legittime ſint perſo
ne. ¶Quarta concluſio hoc eſt legittimum ꝙ legali inſtitutio
ne vel prouincie moribus non contra iuſſionem domini con-
trahatur.

¶Hunc. ¶Diſtinctio xl. habet concluſionem que eſt co-
gnatō carnalis ē cognatio ſpiritualis. Cognati
aūt vel affines carnaliter in ſeptimo gradu vel infra copulari
non debent. Notanduꝫ ꝓhibitio illa hodie reſtricta eſt vſqꝫ ad
quartū graduꝫ et infra copulari non poſſunt extra de conſan
guinitate non ducit.

¶Nunc. ¶Diſtinctio xlj. continet concluſiones vj · ¶Pri-
ma ē omnes cōſanguinei vxoris vſqꝫ ad ſeptimū



274

gradum ſunt affines viro ⁊ econuerſo effecto vna caro vir et
vxor. Vñ ſicut cuiq; xpiano non licet de ſue conſanguinitate
vxoris propter carnis vnitatem. et econuerſo vxor non poteſt
ducere virum de conſanguinitate viri vſq; ad ſeptimum gra/
dum. Aliqui tamen videntur dicere ꝙ in ſeptima generatiōe
inter affines poteſt contrahi matrimonium ſiue coniugium.
et in quarta etiam ſi contractum fuerit: non ſeperentur. Et no
tandum ꝙ affinitas matrimonium non impedit hodie: vltra
quartū gradum. extra de conſanguinitate ⁊ affinitate. Non d;
Vnde iura quibus magiſter probat: ſunt reuocata. ¶ Secun=
da concluſio. Siqua mulier a ſecundis nuptijs tranſiret et ex
eis ſobolē genuerit: nullatenus poteſt ſoboles de ſecundo viro
ſuſcepta coniugium contrahere cū aliqua cognatione prioris
viri cum quo mater eius vna caro extitit. Et notandum ꝙ
iſtud eſt abrogatum extra de conſanguitate ⁊ affinitate capi/
tulo quo ſupra: et capitulo non debet. Vnde licite poteſt con=
trahere ſoboles de ſecundo viro ſuſcepta cū aliq̄ de cognatiōe
prioris viri. niſi aliud impediret. ¶ Tercia ↄcluſio. Si ignorant
infra dictos gradus conſanguinitatis aliqui iuncti fuerint:
habita noticia ab eccleſia: ſeperentur. Et dicunt aliqui coniū/
ctionem non fuiſſe. quia non erant legittime perſone. ipſi cum
ignorantia excuſantur: et quaſi coniugium reputatur. Quia
bona fide ⁊ per manum eccleſie veniunt: vnde ⁊ filij eorum le=
gittimabuntur. Alij dicunt fuiſſe coniugium. licet non eſſent
perſone legittime. quia talium coniunctiones vocant canones
coniugium. ¶ Quarta cōcluſio. Conſanguineos nullis extra/
neorum accuſet: ſed propinqui ad quorum noticiam pertinet
Si autem tota progenies defecerit ab antiquitatibus ⁊ veraci
oribus quibus propinquitas tota nota ſit veritas perquirat.
et ſi inuenta fuerit: ſeperentur ¶ Quinta concluſio. Aliud eſt
fornicatio: aliud ſtuprum: aliud adulterium: aliud inceſtus:
aliud raptus. Fornicatio licet ſit genus omnis illiciti coitus q̄
fit extra vxorem: tamen ſpecialiter intelligitur in vſu viduа=
rum vel meretricum vel concubinarum. Stuprum eſt virgi/
num illicita defloratio. Adulterium eſt thori violatio. Vnde
adulterium dicitur quaſi alterius thori acceſſio. Inceſtus eſt
cōceſſa ſibi neceſſariorum vel affiniū abuſus. Vnde inceſtuoſi
dicuntur q conſanguineis vel affinibus ſuis vtuntur. Raptꝰ
dicitur cum puella violenter a domo patris educitur: vt corru
pta in vxorem habeatur. ſiue puelle ſiue parentibus ius illata
fuerit: morte moriatur. Si tamen ad eccleſiam dei confugerit:
priuilegio eccleſie mortis impunitatem meretur. ¶ Sexta con
cluſio. Frater ⁊ ſoror vxoris tue dicuntur cognati equiuocatio
iuris fit ex neceſſitate vulgaris appellationis: potius quā; vlla

cauſa cognitionis. Vxor .n. fratris: fratriſſa potius ꝙ cognata vocatur. Mariti frater leuir dicitur· duorum fratrum vxores ianitrices vocantur: quaſi eandem ianuam intrantes. Viri ſoror glos appellatur·

Iam ¶ Diſtinctio quadrageſimaſcd̄a cōtinet ↄcluſiones octo. ¶ Prima tria ſunt genera conſanguineorū: ſcilicet· ↄſanguinitas: affinitas: & ſpiritualis germanitas ſiue proximitas. Conſanguinitas eſt inter eos qui coniūguntur ſcd̄m lineam generis. Affinitas qui generi non ſunt coniuncti ſed mediante genere ſunt ſociati· verbi gratia· vxor filij fratris mei que nō eſt de genere meo· mihi affinis facta eſt: ⁊ ego illi. Spiritualis proximitas eſt inter compatrē ⁊ inter eos quorum vnus alterum de ſacro fonte leuauit: aut in cathecisatione: aut confirmatione tenuit· Eſt etiam inter filios eiuſdem hominis carnales vt ſpirituales. ¶ Scd̄a ↄcluſio. Spirituales filij ſunt quos de fonte leuamus: vel in cathecisatione vel ↄfirmatione tenemus. Filij etiam & filie ſpirituales: ſunt eorum qui eos ſacro fonte baptiſmatis tingunt. Dicit̄ ⁊ ſpiritualis filia ſacerdotis q̄ ei peccata ſua ↄfitetur. ¶ Tercia ↄcluſio· ꝙ ex adeptione baptiſmi ⁊ cōfirmationis ſolum orit̄ ſpiritualis cognatio ex qua matrimonium contractum diſſoluitur: & impeditur contrahendum. Non autem ex aliquo alio· ex cathecismo autem ſpiritualis cognatio oritur contrahendum matrimoniū impediens: non tamen dirimens iam contractum· extra de cognatione ſpirituali· per cathecismū· ⁊ capitulo ꝙuis. ¶ Quarta concluſio. Qd̄ aliquis filiolam ſuam vel commatrem: non poteſt ſibi nuptialiter copulare· ꝙ ſi preſumptum fuerit: ſeperandi ſunt. Si autem poſt legittimam copulam alter alterius filium de fonte leuat vel in confirmatione tenet: vel ex neceſſitate baptiſat· non ſunt ſeperandi: ſed culpabilis penitentia eſt impunenda. ¶ Quintnca coluſio. Adoptiui filij naturalibus copulari non poſſunt quod intelligunt aliqui ſcꝫ bene de illis tantū filijs quibus compatres facti ſunt· de alijs vero qui an compaternitatem vel poſt geniti ſunt non valet: concedunt ꝙ legittime iungi poſſunt. ¶ Sexta concluſio. Vir qui vxori ſue debitum reddiderit poſt aliam: mulier commater vxoris ſue extitit· vxore mortua iam commatrem vxoris ſue defuncte cōiugem habere non poteſt· ſi autem ante commaternitatem cōtractam vxori proprie debitum non reddidit· vxore mortua: commatrem in vxorem habere poterit· & hoc ſcꝫ ſiue contractam commaternitatem vxorē cognouerit: ſiue non. ¶ Septima concluſio. Vir ⁊ vxor eius ſimul: non debent in baptiſmo puerum ſuſcipere. ¶ Octaua concluſio. Non ſolum prime & ſecunde nuptie licite ſunt: ſꝫ tercie ⁊ quarte non ſunt dāpnande.



275

ſed tantum prime ſub benedictiōe dei celebrabunt̃ ſolenniter.

¶ Diſtinctio xliij. continens concluſiones nouem.

¶ Poſtremo.

¶ Prima q̧ chriſtianus nullaten⁹ debet ambigere carnem omnium reſurrecturam quicunq; nati ſunt atq; naſcentur ⁊ mortui ſunt atq; morientur ¶ Secunda concluſio cauſa reſurrectionis mortuorum erit vox tube que in aduētu iudicis ab omnibus audiet̃ ⁊ cui⁹ virtute excitabunt̃ mortui ⁊ de monumentis reſurgent ¶ Tercia concluſio vox iſta erit chriſti vel alicuius vel plurium angelorum: vnde erit aliquod euidens ſignum. & iſta vox dicitur tuba: quia erit manifeſta & nouiſſima q̃ poſtea alia non erit ⁊ dr̃ iudex venturus media nocte non pro hora temporis: ſed quia tunc veniet cum non ſperatur ⁊ ita erit occultum. Iſte etiam aduentus domini non dicitur pro qualitate temporis ſed rerū: quia tunc cogitationes ⁊ conſilia ſingulorū patebūt. ¶ Quarta concluſio in die iſta fiet virtute diuina vt cuiq; bona opera ſua vel mala cuncta in memoriam reuocent̃ ⁊ mentis intuitu mira celeritate cernantur vt excuſet vel accuſet hoīem conſcientia atq; teſte ſaluetur vel damnetur. ¶ Quinta concluſio queritur an electis tunc aſſit memoria precedentium peccatorum vel tormentorum: ⁊ quedam auctoritates videntur tradere quod non ex alijs nunc patet: quia ſi priorum malorum ſancti habebunt memoriam: in futuro tamē non eſt eis ad penam vel ad glorie derogationē ſed ad gratiarum actionem. ¶ Sexta concluſio vtrum peccata que fecerūt electi tūc procedant in noticiam omnium ſicut mala damnandorum omnibus erunt manifeſta non legi in ſcriptura: vnde rationabiliter poteſt dici peccata hic per penitentiā tecta illic etiam tegi alij alia vero cunctis propalata. ¶ Septima cōcluſio ſm̃ Auguſtinum ⁊ Ambroſium illi qui tunc reperientur viui cum omnes rapientur obuiam chriſto in aera ſubito morientur: ⁊ in iſto paruo ſpacio reuiuiſcent. & ſic verū eſt quod dicit apoſtolus. omnes quidem reſurgemus. ſm̃ vero Jheronimum nō morientur ſed in immortalitate ſubito mutabuntur: quid ſit verius non eſt humani iudicij diffinire. ¶ Octaua concluſio cum dicitur chriſtus eſt iudicaturus viuos ⁊ mortuos poteſt intelligi de viuis qui tunc rapientur ⁊ de mortuis qui ante deceſſerant vel viui & mortui accipiuntur pro iuſtis & iniuſtis. ¶ Nona concluſio credendum eſt q̧ omnes reſurgent ⁊ incorrupti non vtiq; impaſſibiles: quia mortem eternam patiētur ſine diminutione omnia membra humani corporis ſunt habituri: non tamen omnes gloria ac ſpe impaſſibilitatis induent̃.

¶ **Solet.** ¶ Diſtinctio.xliiij.continet concluſiones octo.

¶ Prima eſt ꝙ omnium reſurgētium erit vna etas iuuenilis ad quam peruenit chriſtus cuius etas erat trigītaduorum annorum ⁊ trium menſiū. Statura vero erit diuerſa ſm̄ quam quiſqȝ habuit in iuuenili etate vel erat habiturꝰ ſi ante fuerit defunctus nec de ſubſtātia hominis caro creatur aliquid peribit. ſed omnium particularum ante diſperſarum collectione reintegrabitur naturalis ſubſtantia corporis: ſanctorumqȝ corpora ſine omni vicio fulgida ſicut ſol reſurgent preſciſis omnibus difformitatibus quas hic habuerunt. ¶ Secunda concluſio ꝙ ea que de corpore recedente anima delabūtur ⁊ in alias rerum ſpecies vertuntur ꝗuis ad corpus redeāt vnde dilapſa ſunt. ad eaſdem tamen partes corporis vbi fuerīt non eſt neceſſe redire. ¶ Tercia concluſio vtrum reprobi cum difformitatibus corpoꝝ reſurgant dicit Auguſtinus non nos ſatigare debet incerta eorum habitudo vel pulcritudo quorū erit certa ſempiterna damnatio. ¶ Quarta concluſio ſm̄ Auguſtinum ſicut anima cuius preſentia corpus viuit dolorem pati poteſt ⁊ mori nō poteſt. ſic malorum corpora ſempiternis ignibus ardebunt ⁊ non conſumentur. ¶ Quinta cōcluſio iehenna illa que ſtagnum ⁊ ignis ⁊ ſulphuris dicta eſt corporeus ignis erit ⁊ cruciabit damnatorum corpora hominum ⁊ demonum hoc dicitur ſm̄ opinionē Platonis qui dicit demones habere corpora aerea.viij.libro.ij.diſtinctione. ¶ Sexta cōcluſio Auguſtinus dicit ꝙ ignis eternꝰ cuiuſmodi ſit in qua mundi vel rerum parte futurus ſit hominē ſcire arbitror neminem niſi forte cui ſpiritus diuinus oſtendit. Et nota ꝙ tenetur qd̄ eſt in centro terre. ¶ Septima concluſio ante reſurrectionem corpoꝝ anime defunctorum reproborum male igne torquebuntur non ſolum in animo ſed ea etiam ſentiendo & anime non ſolum ſuis non priuantur ſenſibus ſed nec iſtis affectibus ſcilicet ſpe triſticia gaudio metu carēt. ¶ Octaua cōcluſio abortiuus fetus ante animationem ſup̄. anime rational' non reſurget poſt animationē reſurget ⁊ que nimia difformitate monſtra dicuntur ad humane nature figurā in reſurrectione renouabuntur.

¶ **Preterea.** ¶ Diſtinctio.xlv.habet concluſiones.xij.

¶ Prima omnes anime cū de hoc ſeculo exeunt diuerſa habent receptacula: ſicut vnaqueqȝ digna eſt bone habent gaudiū male tormenta. ſed facta reſurrectione bonorum gaudium maius erit: & malorum tormenta prauiora quando cum corpore torquebuntur. ¶ Secunda concluſio ꝙ non eſt dubium adiuuari orationibus ſancte eccleſie ⁊ ſacrificio altaris ⁊ elemoſinis mortuorū pro quorū

ſpiritibus offeruntur ſi tamen vt hoc eis proficeret dum viue
rent meruerunt. ¶Tercia concluſio pro baptizatis omnibus
offeruntur pro valde bonis gratiarumactiones ſunt. pro non
valde malis propiciatiões:ſed pro valde malis ⁊ ſi nulla ſunt
adiuuamenta mortuorum: tamen ſunt qualeſcunqꝫ viuorum
conſolatiões: quibus vero proſunt vel adhoc proſunt vt ſint
plena remiſſio vl'certe vt tollerabilior ſit ipſa damnatio: quia
magna pena purgatorij. ¶Quarta concluſio illa que pro de-
functis frequentat eccleſia mediocriter malis ſuffragantur ad
pene mitigationem mediocriter bonis ad pene abſolutionem.
¶Quinta concluſio pompa funeris agmina id eſt turba exeq̃
arum ſumptuoſa diligentia ſepulture viuorum ſunt ſolacia:
non adiutoria mortuorum: hec tamen inter bona opera in ſacrꝭ
deputata ſunt in corporibus patriarcharum & etiam domini
noſtri: qui enim illa fecerunt laudati ſunt. ¶Sexta concluſio
mediocriter bonis ⁊ pariter ſuffragijs dictis indigentibꝫ quo/
rum vnꝰ eſt diues pro quo fiunt ſuffragia ⁊ ſpecialia: & alter
pauper pro quo tantum ſuffragia communia fiunt ⁊ pariter
meruerunt liberari quia pariter boni ſunt. poteſt dici ꝙ pau/
peri tantum proſunt generalia quãtum diuiti generalia ⁊ ſpe/
cialia: ſed diues ibidem emolimẽtum id eſt auxilium percipit
ex diuerſis cauſis: poteſt tamen dici illa plura ſubſidia diuiti
conferre celeriorem abſolutionem ſed non plenioreꝫ. ¶Septi/
ma concluſio mediocriter bonum qui in fine ſeculi morietur:
⁊ tamen indigerit ſuffragijs eccleſie q̃ pro tunc non erunt eſti
mo ſaluari per ignem tranſeuntem meritis ⁊ interceſſionibus
celeſtis curie que pro fidelibus ſemper intercedit voto ⁊ meri
to. ¶Octaua ꝯcluſio angeli non dicuntur orationes noſtras
deo offerre quaſi deus non nouerit quid volumus ⁊ quid in
digeamus: quia omnia anteꝙ̃ fiant ſicut ⁊ poſtꝙ̃ ſunt nouit.
ſed eius voluntatem conſulunt ſiue petendo a deo quid erga
ſe fiant vel ſiue conſulendo quid faciant. ¶Nona concluſio ſi
cut de angelis ſic credendum eſt animas ſanctorum deum vi/
dentes in eius veritate intelligere preces hominum que adim-
plende ſunt ⁊ que non: ⁊ quorũdam preces dicũtur exaudiri
non ſolum quando mancipantur effectum ſed etiam quando
innoteſcit curie angelorum ⁊ ſanctarum animarum quid inde
ſit futurum. ¶Decima concluſio beati adeo ſunt addicti veri
tati ſuperne vt nihil preter eius voluntatẽ queant velle. ¶Vn
decima cocluſio ſancti pro nobis intercedunt ad deum ⁊ me-
rito dum nobis eorum merita ſuffragantur ⁊ affectum dum
noſtra vota cupiunt impleri qđ tunc non faciũt: niſi volũtate

dei didicerint adimplenda. ¶ Duodecima cõcluſio ꝙ patet ꝙ deus agit cum quibuſdaꝫ miſericordius ꝙꝫ eorum peccata me reantur ſcilicet cum mediocriter malis qui ſuffragijs eccleſie iuuantur·

¶ Sed queritur.

¶ Diſtinctio·xlvj·continet concluſiones ſex. ¶ Prima non incongrue dici poteſt deum ⁊ ſi iuſte poſſit illud non omnino tantum punire malos in futuro quantũ meruerunt ſed aliquid eis quantumcunqꝫ mali ſunt de pena relaxare vt ſicut in dei iudicio miſericordia ⁊ veritas ⁊ iuſticia ſunt adiũcte. ¶ Secũda concluſio ꝙ dicitur iudicium ſine miſericordia in futuro: quia hic multis modis miſeretur deus quibus nõ miſerebitur tunc· vocat enim nunc peccatores ⁊ iuſtificat qđ tunc faciet: ⁊ manifeſte iudicabit quod nunc occulte iudicat· ¶ Tercia concluſio occultum dei iudicium ſm Auguſtinum intelligitur pena qua quiſqꝫ vel exercetur ad purgationeꝫ vel mouetur ad conuerſionem: vel ſi ↄtemptis excecatur ad damnationem. ¶ Quarta concluſio in deo idem eſt iuſticia miſericordia bonitas ⁊ ſapientia ⁊ diuina eſſentia: & ideo non aliud efficit iuſticia: aliud miſericordia dei ſi ad eſſentiam referas· ſed quia ex quibuſdam effectibus intelligitur iuſtus: ex quibuſdam miſericors: ex quibuſdam bonus· ideo quedam opera dei ſcriptura dicit eſſe miſericordie: ⁊ quedã vero iuſticie. ¶ Quinta concluſio vniuerſe vie domini dicuntur miſericordia ⁊ veritas: quia in primo aduentu multiplicem miſericordiam exhibuit· in ſecundo requirenda merita iuſticiam exhibebit: ⁊ etiã vniuerſe vie domini quibus ad deum aſcendimus ſunt iuſticia qua a malo declinamꝰ: ⁊ miſericordia qua bonum facimꝰ ⁊ ex his duobus omne bonum meritum includit. ¶ Sexta cõcluſio quidam dicunt non in omni opere dei hec duo ſcilicet miſericordiam ⁊ iuſticiam concurrere ſm effectus: nam ſm eſſentiam vnum ſunt ⁊ non diuiduntur. Fatentur enim in q̃buſdam effectibus eſſe tantum iuſticiam: in quibuſdam enim miſericordiam: in quibuſdam vtrũqꝫ. Alijs videtur ꝙ ſicut dicitur deus omnia opera ſua facere iuſte ⁊ miſericorditer: ita cõcedendum eſt in omni opere dei iuſticiam eſſe & miſericordiaꝫ ſm effectum vel ſignum: quia nullum opus dei eſt in quo nõ fuerit effectus vel ſignũ equitatis ⁊ clementie ſiue occulte ſiue manifeſte. Alij enim manifeſta eſt clementia ſiue benignitas ⁊ occulta equitas: alij econuerſo·

¶ Solet etiam

¶ Diſtinctio·xlvij·continens concluſiones octo. ¶ Prima non eſt perſpicuum q̃liter ſentẽtia iudicij datur vel dabitur

Quidā enī huiuſmodi verba. Ite maledicti ⁊ venite benedicti
⁊ eſuriui ⁊c magis conſcientijs exprimēda putant ꝙ verbis·
Alij vero iudicij ſentenciam ⁊ malorum increpationes ⁊ bono
rum preconia verbis exprimenda aſſerunt. ¶ Secunda con=
cluſio non ſolum chriſtus iudicabit : ſed etiam ſancti omnes
iudicabunt natiōes ita ꝙ per duodecim ſedes perfectio tribu/
nalis ⁊ vniuerſitas iudicantium intelligitur ſcilicet omnes ꝑ
fecti qui relictis omnibꝰ ſecuti ſunt chriſtum pro duodecim
tribus vniuerſitas iudicādorum intelligitur. ¶ Tercia conclu
ſio ſancti iudicabunt non ſolummodo operatione ſed auctori/
tate ⁊ poteſtate· que autem erit eorum auctoritas ⁊ poteſtas in
iudicando puto non poſſe ante fieri q̄ꝫ videatur niſi qui diui
na reuelatione didicerit. ¶ Quarta concluſio in iudicio erunt
quatuor ordines· alij enim iudicabuntur ⁊ peribunt: alij non
iudicabuntur ⁊ peribunt· alij iudicabuntur ⁊ regnabunt: alij
non iudicabuntur ⁊ regnabunt. Iudicabuntur ⁊ peribunt q/
bus dicetur eſuriui ⁊ non dediſtis mihi ⁊c: non iudicabūtur
⁊ peribunt vt infideles: quia qui non credit iam iudicatus eſt
Iudicabuntur ⁊ regnabunt quibus dicetur eſuriui ⁊ dediſtis
⁊c: non iudicabuntur ⁊ regnabunt qui non ſolum quod lex
precepit ſed quod ad perfectionem cōſulitur implere ſtudent
omnibus relictis chriſtum ſecuti ſunt ⁊ hi iudices cum chri=
ſto erunt. ¶ Quinta concluſio ꝙ illud Mathei· xiij. Mittēt an
gelos ſuos ⁊ colligent ⁊c: ⁊ illud Exibunt angeli ⁊c· ⁊ illud
Mathei· xxiiij. Mittet angelos ſuos cum tuba ⁊c: ⁊ illud pſal/
mi. Congregati illi ſanctos eius non eſt dubitandum implere
miniſterio angelorum. ¶ Sexta concluſio domino veniente ad
iudicium precedet ante eum ignis quo comburet̄ facies mun
di huius ⁊ peribit celum ⁊ terra non ſm ſubſtantiam ſed ſm
ſpeciem: quia immutabitur· celum quidem aereum non ethe/
reum. tantum enim aſcendet ignis in iudicio quantum aſcen=
derunt aque in diluuio. Ille autem ignis malis qui reperti fue
rint viui erit conſumptio: nam purgabit quid purgandū fu/
erit· alijs autem nō nocebit. Hoc enim ſm Auguſtinum erit
incendiū mundi: ſanctis quidem ſicut caminus tribus pueris
¶ Septima concluſio purgato mūdo per ignem ⁊ domino ve
niente ad iudicium emittetur vox illa magna qua reſurgent
omnes mortui ⁊ tunc miniſterio angelorū ventilabitur ⁊ mū
dabitur area: quia boni congregabuntur de quatuor partibꝰ
mundi angelico miniſterio quo etiam rapientur obuiam chri
ſto in area reprobis in terra quam dilexerunt remanentibus
⁊ tunc ita dicetur eſuriui ⁊c: vel ſono vocabuli vel alio modo
⁊ proferatur ſentētia: venite benedicti ⁊c· ⁊ ite maledicti ⁊c· ⁊
miniſterio angelorum: virtute dei cooperante mittentur mali

in caminum ignis hoc eſt in infernum. ¶ Octaua cõcluſio cũ durat mundus angelus angelis demonibus demones homini bus homines proſunt: ſed omnibus collectis omnis prelatio ceſſabit ex quo putant quidam eſſe demones poſt iudiciũ nõ habere poteſtatem cruciandi homines ſicut modo: ſed virtute diuina tantum ſicut ⁊ demones homines tunc eternis cruciati bus ſubijcientur: ſed quia predicta auctoritas nõ dicit demo/nes hominibus nõ preeſſe ad torquendum videtur alijs eo ſic ⁊ ſtare hominibus tortores in pena: ſicut exiſtunt intentiones in culpa.

¶ Solet.

¶ Diſtinctio. xlviij. continens concluſiones. ix.

¶ Prima chriſtus in iudicio apparebit cunctis: ſcilicet bonis ⁊ malis in forma humanitatis nõ paſſibili ſed glorioſa: bonis autem apparebit in forma deitatis que erit eis vita eterna: non autem malis ne gaudeant. Diui-nitas enim ſine gaudio videri non poteſt humanitatem etiam videbunt vt timeant. ¶ Secunda concluſio ꝙ quia ſolus filiꝰ in forma ſerui iudicans a bonis ⁊ a malis videbitur: vnde dicit ꝙ dedit ei poteſtatem iudicium facere quia filius hominis eſt ⁊ omne iudicium dedit filio: iudicabit tamẽ de virtute diuini/tatis ſcilicet non ſine patre ⁊ ſpirituſancto. ¶ Tercia cõcluſio chriſtus virtute diuinitatis ⁊ non humanitatis ſuſcitaturus eſt mortuos ⁊ tamen ſm formam ſerui dicitur eos ſuſcitaturꝰ quia in humanitate ſuſcepit meritum ⁊ cauſam noſtre reſur rectionis id eſt paſſionem ⁊ reſurrectionez. ¶ Quarta conclu/ſio ꝙ putant quidam dominum deſcenſurum in vallem Ioſa-phat in iudicio quod friuolum dicit eſſe quedaz expoſitio ſci licet ꝙ deſcenſurus ſit in vallem q̃ eſt in latere montis olиueti: quia non in terra ſed in ſpacio huius aeris ſedebit cõtra locũ montis olиueti ex quo aſcendit. Ioſaphat interpretatur iudici/um domini ad quod congregabuntur omnes impij. ¶ Quin ta concluſio aduemente domino ad iudicium in fortitudine ⁊ poteſtate magna ſicut dicit Criſoſtomus: angeli deferũt ante eum ſignum crucis. ſol ⁊ luna dicuntur obſcurari non ſui lu minis priuatione: ſed ſuperueniente maioris luminis claritate ⁊ virtutes celorum id eſt angeli dicunt moueri non metu dã-nationis vel aliqua pauoris perturbatione: ſed quadam amini ſtratione ſiue ammiratione eorum que videbunt. ¶ Sexta con cluſio ante diez iudicij ſol ⁊ luna ecclipſim patient Iohelis. ij. ⁊ dicitur dies ille magnus ꝓpter magna que ibi fiet. ¶ Septĩa ↄcluſio cum factum fuerit celum nouũ ⁊ terra noua erit luna ſicut lux ſolis ⁊ ſol ſeptipliciter lucidior: qa quantũ lux ſolis in prima conditione ſeptem diez ante peccatũ primi hominis.

63

278

tantum lucebit poſt iudiciū·lux·n·ſolis ⁊ lune & alioꝛum ſide
rum minoꝛata fuit per peccatum primi hominis· ſed tunc ſol
recipiet mercedem ſui laboris· quia perſeptipliciter lucebit·
¶ Octaua concluſio. Scd'm Iſidorum nō venient ad occaſum
ſed in oꝛdine quo creati ſunt:ſtabunt·ne impij intoꝛmentis po
ſiti ſub terra:fruātur luce eoꝛum:vbi ſignificat infernum eſſe
ſub terra. Et ſciendum ꝙ infernus eſt in centro terre ſcd'm ꝙ
tenetur communiter. Et dato ꝙ ſol & luna mouerentur: non
propter hoc infernum illuminarent· vnde ratio Iſidori nulla·
¶ Nona concluſio eſt. ꝙ ſit vſus lucis ſolis ⁊ lune:tūc fateoꝛ
me ignoꝛare·quia in ſcripturis non memini me legiſſe:·

## ¶ Poſt reſurrectionem

¶ Diſtinctio quadrageſima=
nona continet concluſiones·x·
¶ Prima. Poſt reſurrectōnem
impleto iudicio due ciuitates habebūt ſuos fines·ſcilicet illa
chriſti que eſt angeloꝛū ⁊ hominum bonoꝛū ⁊ illius dyaboli
que eſt angeloꝛum & hominum maloꝛum. Primis voluntas:
alijs facultas non poterit eſſe peccandi:vel nulla condictio mo
riendi· ⁊ ſic boni differenter etiam in coꝛpoꝛe & anima gloꝛifi/
cabuntur: ita mali in inferno differenter punientur·vtrobiqꝫ
enim multe ſunt manſiones. ¶ Secūda concluſio. ꝙ nomen
denarij ad quem omnibus electis intelligit̄ ſcꝫ vita eterna deꝰ
ipſe quo omnes fruentur:ſed impariter. ¶ Tercia concluſio.
Habere vitam:eſt videre vitam & cognoſcere deum in ſpecie:
non in enigmate· hoc eſt habere vitam cognoſcere re:non eſt
ipſa cognitio quod tu es: ſed per cognitionem habere bonum
quod tu es:id eſt vitam. ¶ Quarta concluſio. Omnes homi=
nes beati eſſe volunt:ideo ardentiſſimum amoꝛem appetunt &
propter hoc cetera que cuncta appetunt. Nec quiſq̄m poteſt
amare:quod omnino quid vel quale ſit neſcit. Nec poteſt ſci=
re quid ſit quod ſe velle ſequitur. Sequitur igitur ꝙ omnes
beatam vitam ſciant. ¶ Quinta cōcluſio. Omnes beati hoc ha
bent q̄d volunt· q̄muis non omnes qui habent quod volunt:
ꝯtinuo ſint beati. Sanctus eñ non eſt: niſi qui habeat omnia
que vult: ⁊ nihil vult male. ¶ Sexta ꝯcluſio. ꝙ beatos ſe eſſe
velle omnes in coꝛde ſuo vident· nec tamen omnium eſt fides:
qua ad beatitudinem peruenitur. ¶ Septima concluſio Nihil
in deo noſcibile maius dignius videtur: q̄ꝫ intelligere trinum
et vnum· & omnes beati hoc cognoſcant. Ex quo ſequitur ꝙ
non ſit aliquid beatitudini pertinens incognitum alicui beato
rum·⁊ ita omnes & cuncti illa videbunt quoꝛum cognitio bea
titudini fuerit. Sed in modo videndi erit differentia·alius eñ
alio magis : alius alio minus fulgebit. ¶ Octaua concluſio·
Omnes beati habebunt par gaudium:q̄muis diſpare cogniti
onis claritatem·q̄a p caritatē q̄ in ſingulis erit ꝑfecta tm̄ q̄ſqꝫ

gaudebit acſi in ſeipſo haberet. ¶Nona concluſio ſanctorum btitudo eſſet par ſi ita eſſet par gaudiũ et etiã eſſet par cogtio ꝫ qa hoc non erit nõ faciet pitas gaudij paritatem beatitudĩs vel poteſt accipi par gaudium et non referatur paritas ad in/tentionem affectõnis gaudentium ſed ad vniuerſitatem rerum de quibꝫ gaudebunt quia de omni re vnde gaudebit vnꝰ gau/debunt omnes ¶Decima concluſio non eſt dubium animam poſt mortem carne depoſita ſic videre non poſſe in ꝯmunicabi=lem ſubſtantiã ſicut ſancti angeli vident ſine alia latentiori cau ſa ideo quia ineſt eis naturalis quidã appetitus corpis admi=niſtrandi quo retardatur quodammõ ne tota omni intentiõe pgat in illud ſummũ ſiue bonum celum donec ille appetitus acquieſcat

¶Hic oritur· ¶Diſtinctio· l·continet ꝯcluſiones xiiij·

¶Prima qđ augꝰ loquens de beatis et damnatis dicit ꝙ nec bonis voluntas nec malis facultas pec=candi eſſe poterit· de bonis igitur conſtat ꝙ augꝰ dicit ſed de malis eſt dubium a quibuſ malam voluntatem non remouẽt ¶Secunda concluſio quidã dicunt malam voluntatem dam natorum non eſſe peccatum ſed ſupplicium tñ·alij dicunt eam eſſe peccatum ſed per illam eos non mereri aliquam penã qa non eſt locus merendi·dicunt igitur illud peccatũ non eſſe me ritorium ſupplicij: ſed ſupplicium mali meriti ꝙ in hac vita p̄ ceſſit·¶Tercia concluſio ex dictis auguſtini apparet ꝙ repro bos in inferno penitentiam geſturos vt per eam prauã volun tatem nõ deſerãt et iſta maligna voluntas erit eis ad cumulũ pene per quã tñ nõ merebuntur qa nullus niſi in iſta vita me retur ¶Quarta concluſio tenebre quibus in voluentur mali in iehenna dicuntur exteriores quia tunc extra lucem penitus corporalem et ſpiritualem·ſ·dei erunt nunc enim et ſi patiañ tenebras in ſiccitate mentꝭ: non tñ penitus extra lucem dei ſũt nec corporali luce priuantur. ¶Quinta concluſio per exterio/res tenebras intelligi poteſt quedam malignitas odij et volũ/tatis que tunc excreſcit in mentibꝫ reproboꝝ et quedam obli/uio dei quia tormentoꝝ interiorum et exteriorum doloribus afficiuntur et turbabunť vt ad cogitandum de deo vix et raro vel nunꝗ vocem reuocent tantũ vi in dolore turbabuntur vt interius ad aliam cogitatonem ſe nõ extendũt ſed illuc tendat impetus cogitationis vbi ſentit vim doloris · ¶Sexta ꝯcluſio nullus in hac vita adeo malus eſt vt penitus excludatur a co gitatione dei qui non perdidit appetitum beatitudinis et quẽ dam dei amorẽ quẽ naturaliter habet totalis caritas ¶Septĩa concluſio dictas exteriores tenebras dicit augꝰ ·reprobas pꝰ

iudicium poſſeſſuros. Nam id de diuite in inferno ante iudicium legitur factum. poſt iudicium autem in profundioribus tenebris erunt impij: vbi nullam dei lucem videbunt cui conficiantur. ¶ Octaua concluſio. Cura eſt mortuis de ſuis caris vt de diuite legitur Luce. xvj. Habent enim mortui curam de viuis quos ſciũt viuere. quia nec in locis tenebris vident eos: vbi diues cum fratribus erat. nec in requie ſanctorum Lazarum & abraham q̃muis longe cognoſcebant: non tamen conſequens eſt eos ſcire que circa ſuos aguntur hic. vel leta vel triſtia. ¶ Nona concluſio. Melius eſt dubitare de occultis q̃ʒ litigare de incertis. diuitem in ſupplicio: pauperem in refrigerio eſſe nõ dubito. Sed quomodo intelligatur lingua diuitis lazari digitis: flamma inferni: ſinus abrahe: & huiuſmodi. vix a manſuetis: a contentioſis nunq̃m deuenitur. ¶ Decima concluſio. Sancti tradũt ꝙ boni malos: ⁊ mali bonos vident vſqʒ ad iudicium. poſt iudicium vero boni videbunt malos: ſed nõ mali bonos. ¶ Vndecima concluſio. Ꝙ chaos illud magnum videlicet inter bonos & malos poſitum eſt. hinc iuſticia: inde iniquitas que nullatenus ſociari valent. Adeo enim ſancti iuſticia dei adepti ſunt: vt nulla cõpaſſione ad reprobos tranſire valeant. nulla etiã pro eis inter ſanctos fiet interceſſio. ¶ Duodecima concluſio. Inde aliq̄ volunt tranſire ad illos: ſed non poſſunt: niſi dei iuſticia admitteret. Et ideo non fieret eis moleſta liberatio illorum. vel ita dicuntur velle & non poſſe. non quia velint ⁊ non poſſint: ſed quia etſi vellent: non poſſent eos iuuare. ¶ Tredecima concluſio. Apud animam iuſtorum non obfuſcat beatitudinem aſpecta pena reproborũ. quia vbi iam non fit compaſſio miſerie: minuere beatorum leticiam non valebit. Et licet iuſtis ſua gaudia ſufficiant: ad maiorem tamen gloriam vident penas malorum quas per gratiam euaſerunt. quia qui dei claritatem vident: nihil in creaturis agitur quod videri non poſſit. ¶ Decimaquarta concluſio. Egredientes electi vel nõ viſione manifeſta ad videndum impiorum cruciatꝰ: quos videntes dolore non afficiantur: ſed leticia ſatiabuntur. agentes gratias de ſui liberatione viſa impiorum ineffabili calamitate:.

**¶ Fratris Johannis lectoris in monte peſſulano Compendium librorum ſentenciarum quatuor. in modum concluſionum ſentencialiter compoſitum In quibus magiſter a doctoribus non teneatur ⁊ perſunctorie clarius a ſtudentibus in eodem intelligatur Feliciter finit. Pro cuius conſummatione ſit laus et gloria Chriſto Amen.**

BIBLIOTEKA ŚLĄSKA

Śląska Biblioteka Publiczna
224714 MF III
– 224715 MF Lp.
Min. Ośw. 507c – PZWS C852 X. 49

